Ex Lib: [illegible]

V
B J
C
51367
I

1170. Gram. 199

~~XIV. 4. 64~~

Kalv.

AUGES

Siderum Eloquentiæ
in Aulis
Principum, Procerum, Optimatum
Panegyricâ lucubratione.
REPERTA.
In hemisphærio luminosissimi Helcii,
ILLVSTRISSIMO DOMINO,
D. JOANNI
VLADISLAO
De Cigiemberg in Zaleśie.

ZALESKI,

Capitaneo Surazẽsi, Dapifero Nurẽsi,
Tribuno legionis exoticæ, S. R. M.
Magni Parentis
Illustrissimi Castellani Visnensis
Magno Hæredi.
Officiosissimo cultu
P. JOANNIS DAMASCENI à Matre DEI
PRÆSENTATA.
Anno Domini M. DCC. XX.

VARSAVIÆ, Typis S. R. M. Scholarum Piarum.

In Avitos Splendores
ILLVSTRISSIMÆ
de Cigiemberg
ZALESCIORUM
Domûs.

57367 - 1



Nullis edomitus frænis, cervicéq; laxâ
De grege qui legitur victima Martis, Eqvus
Hoc aliàs fuerat; Vestrum, stipantibus astris,
Hostis, eqvus, pariter Mars feret ipse Jugum.

PRÆFATIO.

VT compendium tot Patricijs laudibus inveniam, ad Te cum Auge ſiderum eloquentiæ collimo ILLVSTRISSIME DOMINE. *Spes maximæ Do-*

mûs, raram, & fermè inimitabilem nobis Tui effigiant Ideam, Si Apellis tabula comprehenderet, ex eruditissimis Nominibus, ex optimis quibusq; Proceribus, ex meritissimis Heroibus, è fortibus, Metellis, Camillis, Fabijs, è bellacibus Deciis, Coclitibus, Curtijs, è docta Tullij, Demosthenis, Lipsij origine, unum effingere deberet simulacrum, cum omnes illos in Te portendimus uno. Vnde quæ sparsim in Heroum encomijs depicta cernes, Tuum esse æstima, præconcepto ad ardua quæq; fastigia animo. Quæ divisa beatos efficiunt, collecta tenes, *si nondum exercitio, grandis certè animæ, & Virtutis Heroicæ capacitate. Flos ipse ætatis Tuæ, non est omnibus com-*

munis

munis; Florere alijs sufficit usq; ad lethalem funere marmoris brumam, Tu in Flore maturos purpurarum fructus ostendis. Vernans Tua facies jam Catones, jam Lycurgos exhibet. Svada par Curialibus rostris, fortitudo, Herculis lacerto non inferior, quidquid magnanimi, quidquid palmaris educavit orbis in senio, felici Iuventâ præfers. Suspicimus in Te Tyrone Ducum experientiam; Dulichij Vlyssis prudentiam, Milonis robur, laborum patientiam Annibalis, Polycratis felicitatem, Attali Honores, Pygmalionis opes. Pietas Pompilij, modestia Boleslai Pudici, Audacis Martiales spiritus, in Tuum numerosâ congerie sese transfu-

fuderunt pectus. Sed quid externis mercamur ab aulis, quod Illustrissima Domus Tua plenius sibi enutrivit? In primo armorum Authore, illustrissimo Dobroslao de Cigiemberg fidelitatem Regibus debitam cum lacte combibisti, & ut hæreditariam transformasti in Tuam. Salvator ille ut sui Principis, ita Regni totius Sarmatici, proclamari meruit. Amissam aciem, solus in pectore suo restituit, & quem exercitus ferre non potuit, sustinuit hostem. Equo, periclitanti Regi in effugium submisso, agrestem curriculum, quasi triumphalem currum ascendit, ut inde insectantes Barbaros telis arceret. Dignus ut, qui Regi suum cessit ephippium, Rex illi cederet

solium

ſolium. Tutior tum erat Princeps objecto hoſtibus fidi Civis pectore, quam infractâ muri ambage. Tanta fides Herois CIGIEMBERGII, Cedro inſerenda, in Ceris Aboriginum, cum illuſtri Helcio expreſſa eſt, ut quo in ſolia ferri debeas amore, & ſolia quo ſe Tibi pretio exſolvent olim, inde diſcas. Ab Avo Tuo GEORGIO FELICE Notario Terrarum Palatinatûs Culmen: novo Lecbiæ Solone, leges Iuſtitiæ & æquitatis, prudentiæ & urbanitatis a cipis, in cujus penna ſanitas Terrarum Pruſſiæ maturuit. Sæpia ille non ſangvine ſcripſit; vel ideo aureo notandus charactere, quòd ſervare voluerit Cives non ſævire in Cives, & innocenti

paginæ, non cervicibus nocentium gravi stylo incubuit. Sensit nihilominus Draco stygius acutiùs GEORGII *calamum, quàm hastam pungere, quoties suggesta ab Orco elimabat reorum crimina. Telâ araneæ* FELICIS *pro velo adhibitâ, oculos nunquam in opes & venalia jura levavit Iustitia. Felix sanè fuerat Curia, sub* Judice Felici. *Aureum Nomen Proavi Tui* NICOLAI *Ensiferi Terrarum Prussiæ, Lydius Tuæ virtutis est, ad quem congenitas examines dotes. Miraculum Orbis, Vir gladij Aureus Heros, ferrum quod manibus gestavit, animo non intulit; Quamvis & hic chalybs, auro fulgidior, rubiginem aliam non novit, quàm à rubedine*

hosti-

hostici cruoris. In ore gladij Illustris Ensiferi *pingvis præda Tauricæ toties consumptá, qvoties pascua Poloniæ qvæsivit.* NICOLAUS *etiam Vester, sanctior ad aras Gradivi Mystes, Mille jugulis hostium, hostiam Cælo exsolvit; & ut incorruptam redderet Patriam felicitatem, ferro eam pro auro dotavit, ditavit spolijs. Hic ut Tibi dignissimo suo Abnepoti plura virtutum, & palmarum sufficeret exemplaria,* IABŁONOVIAM *consortem maritali sibi subharravit annulo, & cum illa Ducum clavast, Palatinas Curules, Principum Mitras, mille trophæa, mille victricia serta, mille civicas coronas in supremo armorum Duce* IABŁONOVIO, *in* LESZCZYNSCI-

IS,

IS, KRASINIIS, LVBIENIIS, CZAPSCIIS, GRAIEWSCIIS, BIAŁOBOCCIIS, hæreditaria Tibi reliquit, ut ad magnitudinem tantorum Nominum, Tuam metiaris. Illustrissimus IOANNES Dapifer Regni, *Avus Tuus, Miltiadem restituit Tibi suo Themistocli, ut ad pares ausus heroicos & victorias capacem Tuam excitaret Indolem.* Trium *Regum ille plusquam tres gratias in se collegit quas Tibi cum sanguine subministravit. IOANNIS CASIMIRI indefessus Abbates Tutelaria ejus lilia, candore suo auxit. MICHAELIS Angelus, eodem quo ille pro Deo, iste pro Rege gladio dimicavit, id est, fido & ardenti zelo. IOANNI III.*

cor

cor & manus, quâ ille pro Jordane in Boryſthene, pro undis in ſanguine toties profugos baptizabat Dacos. Quantis decoribus ſuccedis Jlluſtriſſime Domine *quibus* Jlluſtriſſima Avia Tua *VRSVLA WYBRANOWSKA Regum purpuras & domeſticam majeſtatem in BOHEMIÆ* Prorege SSmo de Tenagel, *in KORYBVTH WISNIOWIECCIIS; trabeas & laticlavia in ROSNOWSCIIS, SZYMANOWSCIIS, SOBOLEWSCIIS, SARNECIIS, SWIDERSCIIS, Florem proſperitatum & odorem famæ immortalis in ſua electa WYBRANOVIA* Roſa *conjugali ſociavit nexu, ut habeas utrinq; Numina, ad quæ menſuram*

Tui

Tui concipias. Peccavi, audaci nimium calamo, arcana Domus Veſtræ involando conclavia, indulge confitenti. Satis erat Illuſtriſſimum Parentem Tuum, IOANNEM STANISLAVM, *ſatis Illuſtriſſimam Genitricem* ANNAM THEOPHILAM WILCZEWSKA. *Genitricem digniſſimam protuliſs, e& jam omnium Heroum, Procerum, Optimatum Epitome propoſuiſſem.* Sufficit ad regni commoda, redde Patrem. *Illius famem voluminum inſatiabilem, eruditionem inaſſequibilem, in conſervandis Patriæ legibus zelum, in ferendo æſtu curarum patientiam, in caſtris labores, in Curijs æquitatem, in Aulis modeſtiam, in Regijs fidelitatem, manſvetu-*

ſvetudinem in vultu, ſvavitatem in ſermone, in corde candorem redde Tuum; Genitricis Illuſtriſſimæ *pietatem, devotionem, ſanctitatem redde Tuam, & omnem meritorum amuſſim impleviſti, omnes Aborigines Tuos induiſti, Patruos Tuos SIGISMVNDVM CASIMIRVM Archidiaconum Kijovienſem, Aram Sanctitatis, ad aras Eccleſiæ; LVCAM Capitaneum Iudovien. Terrorem hoſtium MICHAELEM Subdapiferum Mielnicenſem, Propugnatorem Cæli Patrij, imò & Fratres Tuos, IOSEPHVM Religioſæ Aſceſis Scholarum Piarum Sidus, Gemmam eruditionis, Incrementum gloriæ & veſtræ & Noſtræ MARTINVM STANISLAAM*

& CASIMIRUM FELICEM Palladis Szczukovianæ Astra, incendiarios virtutum, famæ æternæ pignora, brevi Iliade nobis exhibuisti.

Formosæ fertur Pandoræ in munera, cunctos

Dotibus è superis contribuisse Deos;

Ut ita unusquisq; Deorum, Dearumq; aliquid sui tantæ pulchritudini adjecisset; Tu non portionem aliqvam Tuorum Majorum, sed ex integro unus omnes vivà imagine repræsentas. Ad quem igitur tot Prosapiarum congeries, quàm in panegyricis lucubrationibus videbis, nisi ad Te, tot laudum, & Patriarum virtutum Synopsim confluet? Nec parva gloriæ Tuæ auxesis est Illustrissime

Domi-

Domine, *tot augustarum Domorum Nomina, Tuo Nomini subdi & dedicari. Lucem publicam iterum ex acie paginarum aggressuri Heroes, Duces, Principes, Te Duce sæculorum oblivionem triumphabunt. Quantus hic honor est? Dabis patentem januam tot Purpuratis Hospitibus, mihi & Calasantinæ Religioni cor benevolum*

Ita precatur

Illustrissimæ Dominationis Vestræ,

Observantissimus

J. D. à M. D.

AL

SERE

JO

REG

AI

I

Ejus

I

S

I

Ioannis

E X

Prodigij

VARSAV

PRODIGIUM
VIRTUTIS HEROICÆ
ALEXANDER MAGNUS,
Ad Prodigiosum,
Ex
SERENISSIMO & INVICTISSIMO PATRE
JOANNE III.
REGE POLONIARUM
SERENISSIMI PRINCIPIS
ALEXANDRI
NOMEN
INCLARESCENS
Ejusdemq; Magno Nomini,
In arce theatroq; Regio,
SUBMISSUM.
Lauru Pòéticâ
Ioannis Damasceni à Matre DEI
EXORNATUM
Anno
Prodigij Magni, DEI Hominis facti. 1689.

VARSAVIÆ, Typis Collegij Scholarum Piarum.

In

SERENISSIMVM

JANINAM

Unus tot populos Orbis, Regesq́; tuetur Vmbo potens.

S. G.

ODE
DEDICATORIA

Flectit coronas. & capitis minor,
Plantas adorat Rex Macedo Tuas.
Suumq; nomen cedit ultrò,
Fertq; Tibi, sacrat, & dat vltrò,
Rogaret imò discere Martios
A Te labores, dum rigido manus
Aptata ferro, terminales
Quæret ad Oceanum columnas.
Formosa pulchræ floribus indolis,
Meretur ætas serta perennia;
Ex flore tali quis vel aurum,
Vel melius dubitet qvid auro?
Aurora primis luminibus docet,
Futura qvalis cætera sit dies;
Sic, natus ad qvos sit labores,
E tenero leo monstrat ungve.
Jlluminatis Lechia sæculis
Dispunget atri nubila temporis,
Cùm luce primâ tam beatos
Efficiat Tua vita soles.
In Te Paterni gloria nominis
Resplendet, in Te Regia nuntiat,

Mens

Mens, ex Coronato ad Coronas
Progenitam ſobolem JOANNE.
O! qvanta divo gaudia pectore
MARIA geſtat, cùm videt inclitam.
In Te Parentis, & ſeqventûm
Effigiem CASIMIRA Regum.
In Te ſuperbus fulmina Barbarus
Cognoſcet olim qvando Oriens ruet
Ad Occidentem, Threſſa faſtu
Luna ruet, ruet omne robur,
Qvodcunq; noſtris invidet auſibus;
Dum Martiali Tu Macedo ſago
Et fulgurabis, & micabis
Enſe, feros perimendo Thraces.
Franges adulto Marte Boryſthenem
Et Tauricanæ cornua Cynthiæ;
Immane collum flectet Hæmus,
Odryſiæ cadet ira criſtæ.
Feſſum paterno ſub Clypeo caput
Exæſtuantis Sarmatiæ teges,
Umbrâq; dulci laurearum
Taurogetos cohibebis æſtus.
Amica nobis ſidera ſurgite!
Favete votis! ut ſimilis Patri
Hæres, fatigatæ Paternos
Reſtituat Lechiæ triumphos.

Submissus ergò dum Macedo Tibi
Se donat vltrò, nos Tibi scenico,
Monstramus hunc actu, vel istis
Vel paribus genito triumphis.
Tu verò scenas perpetuis geres
Annis colendas, qvando per impigri
Mavortis innatos labores,
Sarmaticam capies Coronam.

ACTVS PRIMVS

Gesta Alexandri Macedonis, in pueritia & adolescentia, producit.

APODOSIS

Ad Serenissimum Principem

O Bruta funereis perierunt Nomina fatis,
Et qvæ solari nuper resplenduit astro,
Incinerata suis sepelitur gloria bustis.
Nec validum partæ iuverunt Hectora palmæ,
Nec toties Phrygio virtus exercita bello,
Tractus ab Æmonijs durâ cervice qvadrigis
In patrio tumulatur agro, cûi Græcia cippum
Invidit, Danaæq; negant funalia gentes
Non salvat Chiron: uno pede claudus Achilles
Cespitat in tumulum, stygias qva non tulit vndas.

Qnas

Qvas victor Macedo palmis exercet arenas?
Jam friget minor ipſe cinis: de Nomine tanto
Umbra manet, tenuem qyæ ſe collegit in urnam.
Sed Te magnanimum Lechieis ubi gloria faſtis
Scribit ALEXANDRUM, dat maxima nomina Regum,
Hoc ipſo, Macedo parvus: nitet ille triumphis.
Tu Lechici ſtudio Martis, Patrisq; trophæis
Namq; ubi deciduis turpavit fletibus ora,
Te fore majorem jam tunc per fata videbat,
Auguriumq; dedit lacrymis; TIBI maxima pridem
Nomina deſudant, qvodvis vicinius eſſe
Gaudet, & ex proprijs tribuiſſe decoribus optat.
Indolet Alcides forti, qvòd ab Hercule nomen
Non geris, & totum TIBI ſe, vovet omneq; robur,
Si vis Alcides dici: calet alter Achilles
Et ſummos patriæ damnat regionis, honores,
Damnat nomen Avûm, nec ſcribi vellet Achilles,
Contentus vixiſſe, feras modò nomen Achillis.
Scipio cêu vivo lacrymans in marmore, ſudat,
Humectatq; ipſos cineres, qvòd Scipio dici
Nolueris; centum Fabij totidemq; Camilli,
Et pia ſuſpirant gravium ſimulacra Catonum:
Qvilibet exoptans proprium Tibi cedere nomen.
Abdicat Octavius titulis, Tu dummodò Patri
Auguſtus dicare Tuo; Pompejus avitum,
Et ſuppar Macedo nomen deponit, ut ipſe
Magnus ALEXANDER Lechico celebreris in orbe
Hoc nobis placidi ſpondet clementia vultûs,
Hoc & frontis ebur, ſignatq; in vertice ſedem,
In qva Sarmatici niteat diadema Senatûs.

Te si qvis Patriæ vicinum stare curuli
Vidit, ea vultus jam majestate renides,
Hoc oris cultu, Lechicas vt ab inde coronas
Invicto similis Patri deposcere posses.
Mens augusta patet, cujus se Patria curæ
Credere contenta est; juvenis non officit ætas.
Summus ubi patrijs assedit Juppiter astris,
Non major fuerat, primis vernabat in annis,
Ipse tamen meruit supremos Iuppiter ignes,
Sicq; dari poterat senior, non dignior astris.
Exigit imperium ratio, palmare Gradivus
Accendit diadema Tibi, qvi figere necdum
Audebas gressus, teneramq; attollere dextram,
Et jam Bistoniæ Magnum sensêre phalanges,
Atq; Tuâ cecidêre manu, qvos nominis alti
Exanimat pavor ipse Tui, jussiq; tenellas
Lambere Myrmidones plantas. Tu sæpe minaci
(Vt lituis alius) deterres agmina voce ,
Vagituq; feros cohibes victore Gelonos,
Et solo metuendus eras, sine milite fletu.
Non Tibi delicias puerilis ineptia svasit:
E cunis petis arma , joci Tibi bella videntur.
Elingviq; Scytham domuisti voce Gradivum.
Qvid nisi supremum tolerent Te regna magistrũ
Cûi se perpetuo devincit Sarmata voto,
Et colit armato Numen pro numine belli;
Dux etenim superis, Tua miles signa seqvetur,
Et primos Mavors palmæ concedit honores:
Odimus inflatas auræ committere bullas.
Non in olorinis mollescunt brachia plumis,
Non Boreas, gelidivè gravant fera sibila venti,
Sed

Sed magis hyberno placuit concurrrere cœlo.
Lude tuis nucibus levior taliſq; Qvirine:
Arma pati, Scithicaſq; nives hæc fama Polono;
Cùm ſtabili necdum novit ſubſiſtere plantâ,
Magnanimos validus fervet Mavortis in auſus,
Qvemq; nec Alcides traheret, puer, attrahit arcum.
In Te cuncta fluunt, qvæ Lechius orbis adorat,
Te ſcit ALEXANDRUM contractis Boſphorus undis.
Qvid mirum! non parva ſuo revireſcit Iulo
Laurea, qvem validis, magnus Pater auſibus implet,
Æneas; facilis Macedo capit arma Philippi,
Cûi pater ad palmas, pulchroſq; præibat in æſtus
Nempe ſuâ ſolers natum Pater imbuit arte,
Ac animat dociles ad qvævis grandia mores.
At Tibi belligeros qvis tandem flammat amores?
Et Martem ſpirare docet? non Roma, nec Hector,
Nec rudis Æmonij Chiron inſtructor Achillis,
Auguſtus PATER ipſe Tibi dat fulmina belli,
Ac avidam vincendi animam ſub pectore condit.
Qvem Parthi, victâq; ferunt cervice Corallî,
Et dextræ pavor Odriſij gelat aſtra Trionis,
In tenues Scythicum compellit Strimona fontes,
Exhauritq; domos populis, diverberat vrbes;
Auſtria qvem lapſis Numen cognovit in armis,
Et Patrem confeſſa ſimul, dum vindice Beſſum
Enſe qvatit, medioſq; ruit cataphractus in hoſtes
Ac ferro cinctæ cohibet fera fata Viennæ;

Qvē

Qvem Macedo vellet Dominum, pavet orbis Eous.
Hic Tibi se PATREM dedit, illo discis Avorum
Prælia, tergeminas fracto de Bistone palmas
Miraris, simili Patrem laturus in ausu.
Nam Tibi degeneres castigat fama paratus
Conformemq; volet summi radiare Parentis
Effigie natum, tolerare simillima patri:
Ut solet à veteri diffusus stipite ramus
Ferre pares umbras, similiq; in cortice vivit;
Hunc gustum parit, hos fructus, qvos arbor habebat.
Vt tener armigeræ pullus calet alitis, ille
Æthereis necdum licet est par ignibus ungve
Jam tamen ad fulmen Patris jam fervet ad iras
Jam levat obtutus in adulti sidera solis,
Exertatq; vngves qvasi par ad fulmina proles.
Sæpe videns divum meditari bella Parentem
Indomitas spirare minas, petis ipse Gradivo
Ire comes Princeps, indignatusq; remissas
Stare dies, segnem cœlo pigrescere solem,
Erigis ad lituos animum, Mavortia pectus
Flamma coqvit tenerum, pulchrosq; incendit ad usus.
Qvâ niveum Lacrymæ tingunt aspergine vultum?
Cùm Pater Austriacas vindex ageretur in oras!
Qvod non belligerã Lechici spectare Monarchæ
Joannis dextram poteras; hæc cornua lunæ,
Hæc sparsos Getici suffocat Orionis æstus,
Eluvies oculi! sed pulchrior enatat orbi
Inde salus nitrio turpatam pulvere pacem,

Virgineus lacrymæ, dum funditur, abluit humor
Fertilis in Lechico revireſcet palma novali
Nilus hic inſigni qvod fauſtius irrigat amne.
Qvod ſibi Præſidium ſperet? qvamq; ægra medelam
Patria dum ſpectat flammati Principis ora,
Exundare freto, riguos diffundere nimbos?
Si revocant vires róſeæ medicamina lymphæ.
At ſol lucifero multúm projectus ab orbe
Haurit eas radijs lacrymas, nec Iberia tantum
Flumina jam ſapiunt, quantum parit unica guſtum
Lacryma Regalis manans è lumine vultûs.
Non pudeat teneris ſuffundere flectibus ora,
Unde ſalus manat: mærentia nubila ſolem
Non ſempet turbant, ubi cœlo pulchrior exit.
Profuit irriguis undare novalia nimbis,
Qvæ ſi perpetuo flammaſſet Sirius aſtro,
Non niſi degeneres parerent cùm gramine ſpinas.

ACTVS SECVNDVS

Sedatam ab Alexandro poſt mortem Parentis, Græcorum & Thracum rebellionem & in Aſia ex Dario & reliquis victorias, inducit.

APO-

APODOSIS.
Ad Sereniſſimum Principem.

MArs modò laurigeros campis agit impiger actus,
Et celebri pompa vehitur per damna Gelonûm
Victor ALEXANDER; Patrio metit enſe trophæa;
Siſtite vocales ſcenæ! non Roſcius ibit,
Non docilis mimo ſaliet Thalia lepore:
Sed qvi Cæſarei fuerat pars magna triumphi;
Et licet abſentes animus conſumeret iras
Frænaretq; domi, Scythicos tamen arſit in hoſtes.
Nam licet in patrio præcludebare Trione,
Edomuit Tua dextra feros in Theutone Dacos.
Orbem viciſti Patre, Te numeroſa *Mæotis*
Agmina fregiſti, celebres Tibi ſanguine palmas
Irrorat generoſa phalanx, dum prima feroces
Invictis Lechi domuit mucronibus ignes.
Forſan ibi Macedo Geticis errabat in armis,
Cujus adhuc proavus victricia ſigna Philippi
Notus Alexandro, per Achaica regna ferebat.
Ac ut ALEXANDRI Rhodopæos Fama per hoſtes
Iverat, exhorret totus, ſtatione relictâ
Confugiens in vaſta ſui tentoria Regis,
Exoptatq; alio potius procumbere letho,
In ſe Marmaricas, unum convertere turbas,
Hic modò depoſitis liceat diſcedere ſignis

Nè

Nè qvid Alexandri metuenda in ſidera peccet.
Sic Tibi vel ſolus gaudet concedere palmam
Hoſtis, & in magno creſcit data laurea Patre.
O! qvæ ſparſiſti pigro convitia ſoli!
Qvam damnas teneram lucem, qvod bellica Martis
Signa ſeqvi vetat annus iners; qvàm Patria Tecũ
Arma libens ferres! comitemq; laboribus illis
Aptares animum, medios ſeqvereris in hoſtes.
Cùm Patre, Tu, vigiles optabas ducere noctes,
Atq; coronatos agreſti in ceſpite canos
Cernere, barbaricos dextrâ victrice Tyrannos,
Myrmidonum Cydonumvè truces proſternere turmas.
Tu cautos validi Ducis obſervare paratus,
Quoq; ſuos animo mulcet, qvo fulminat hoſtes,
Vt calet in palmas & conſerit enſibus enſes,
Exſtimulat ſegnes, aut cominùs ire paratos
Laudat; Tu ſtudio mirari cuncta volebas,
Et comes in geſtis totus pendere Paternis.
Ceu tener Aſcanius patrijs animoſior armis
Gaudet ſe comitem Patri junxiſſe; labores
Et mala partitur. Rigidos Pater involat enſes?
Involat ipſe comes; ſeqvitur præeuntis ad auſus,
Cùm feriente, ferit; ceſſat, Genitore morante.
Siq; Pater clausâ juſſit ſubſiſtere Trojâ,
Inſequitur tamen ipſe oculo, velletq; minaces
In ſe Cecropidûm turmas avertere ſolus.
Et Tu Sarmaticis licet arctabaris in aulis,
Libera mens, Scythicas præſens laſſabat arenas.
Umbra Tui ſolùm noſtro reſtabat in Orbe,
Totus

Totus in Auſtriacæ pendebas ſerta Viennæ,
Cum Patre totus eras; cataphractæ ſigna cohortis
Qvæ Tuus inſignivit honor, Tua fama juvabat,
Maxima ſollicitæ dederant ſpectacula menti.
Omnibus optabas dextris metuendus ineſſe,
Atq; Tuos animare Duces, ubi Marte ſecundo
Barbara Threjcij; fregerunt ſpectra Planetæ
Boſphoreos pepulêre globos, in ſanguine crudum
Potârunt chalybem, Cimbris pepigêre ſalutem.
Riſit ad hæc Getico Mavors gaviſus in Hæmo,
Moxq; triumphales, ſterni per culmina laurus
Imperat, atq; cani vocali clariùs ære,
Vivat ALEXANDER! plaudenti vivat! ab Hæmo
Mars repetit, chalybemq; ſuum, fædamq; cruorè
Exuitur galeam; triſtes compeſcit hyænas,
Qvæ ſiccam relevant cæſorum ſanguine Thracũ
Proritantq; ſitim; dominas tunc lambere plantas
Ibant, qvas rigido Mars reppulit impiger enſe
Et ſolas clamat Charites. Septemplice thorax
Ordine diſcretus flagrantia pectora ſolvit;
Diſcutit e vultu rabiem, gladiumq; recenti
Fumantem Dolopum tabo, non ſegnè recingit.
Bella procul morteſq; fugat, ſimul omne furorũ
Agmen agit præ ſe, latus hi cinxêre cruentum,
Ut nihil armati maneat jam Numinis uſqvam,
Ille ſatas, circum Rhodopeia culmina, palmas,
Ille metit nudo victrices enſe corymbos:
At ſoror in virides nectit Bellona coronas
Mirantur Steropes nullos incudibus enſes
Nullaq; tela coqvi, ſævum ridere Gradivum
Nec ſolitas geſtare minas: Leo qvalis in arvis
Arme-

Armenius, veteres ſenium qvem dedocet iras,
Aſſvetiq; feris vngves pingveſcere prædis
Vix medij apparent, nulla eſt formido jubarũ
At ſtupet armenti ductor, nec credit inermi
Ille licet blandas ejectat in àëra lingvas.
Sic Mavors hilarem cùm nubibus expedit Hæmum,
Lætior inſolito Lechæas proſpicit ore
Theuthonicaſq; plagas, nullus pavor excubat arce
Hæmoniâ; ſtupet ipſa ſoror manſveſcere Numẽ
Et centum emeritas fratri dat provida palmas.
Nobilis hinc laurus ſerto, verbenaq; pinguis
Aptantur, magis inde graves ſibi cæde corymbos
Accumulat Movors; ac tali inſtructus acervo
(Qvà ſe Theutonicæ laxabant arva Viennæ
Sarmaticiq; Duces, Magni virtute IOANNIS,
Sacrabant animas bello, cæduntq;, ruuntq;
In pulchros obitus, & mandant enſibus iras)
Huc properat multaſq; pediſſeqva bella coronas
Qvà præit, inſternunt, autumnat palma triumphis
Ut primùm Lechici ſenſit tentoria Regis,
Exutus rabiem, reliqvum feritate relictâ
Emolitur iter, Noſtrumq; è poplite Numen
Aggreſſus, Lechicum vulgat per caſtra triumphũ,
Fortè per indomitas pro tunc REX DIVE phalanges
Exibas, animans generoſæ pectora pubis?
His animum, laudes illis, aut præmia portans,
Ipſeq; Biſtonium medius perrumpere vallum;
Militis ipſe manus vrgere in vulnera Thracum,
Et Getico vindex fervebas ſanguine pulchras

Ex-

Exſatiare iras, præſens Tua dextera bello
Plenaq; caſtra Tui miratur Theuto laboris
Ac optat ſimilem. Biſton captivus adorat.
Talem Te Mavors, adijt, juvitq; trophæa
Ut ſibi, Sarmaticas liceat luſtrare cohortes
Et laudare ſuo qvemvis de robore Lechum,
Noſcere belligeros vultus, ferventius orat,
Annuis, ut Lechicæ ſuperis qvoq; cognita dextræ
Sit virtus, habeat noſtris qvod diſcat ab armis.
Ille ſtatim variæ prægreſſus nomina famæ
Qværit ALEXANDRI notoq; è milite reſcit.
Nec mora quà priſci, ſurgit domus ardua Graci,
Sedes ampla Ducum, per vaſtas Pannonis oras
Advolat, & primo vix Te benè conſpicit ictu,
Haud ſibi diſſimilem divino ſanguine natum
Iurat, & arridens verbis blanditur amænis.
Vel Te Mars genuit? major ſed Marte JOANNES
Qvi tam præſtanti celebratur prole beatus:
Sidere, non terris genitam Tibi credo, Parentē:
Aut Alcmena fuit, vel magnò Nomine Tethys,
Herculis æqvalem, vel Achillis viribus auctum
Progenerans; cui mille cadens non una triumphos,
Troja dabit; non dirus aper tumidiq; Leones,
Non rabidi creſcent, Te ſuecreſcente, dracones.

Actus

ACTUS TERTIVS
In relliqvis Orientalibus Provincijs & in India ſucceſſus Alexandri exhibet.
A P O D O S I S
Ad Sereniſſimum Principem.

(laudum
Nedum depoſuit plauſus, majoreq;
Inſtabat ſerie Getici Deus incola regni.
Armipotens, votis obſtringere pluribus aſtra
Tendebat Tibi magne Nepos, dum regia ſparſo
Afflantur ſimulacra die, reteguntq; Monarchas;
Grandibus oppreſſum titulis levat oſtia marmor
Et Regale ſuo cumulat cûm pondere pondus
Tum patulis divi cineres tolluntur ab urnis,
Ampláq; majeſtas implet ſacraria Regum.
Attollunt capita alta Duces, ac funere merſam
Excutiunt frontem; Lechorum Numina Patrum
Gaudent Sarmaticas Te ſucceſſore coronas
Splendidius portare jubar, vox omnibus una,
Exoptant Lechiæ Regem: ni tale coronet
Exitus auſpicium, pœnas ultricibus Umbris
(Quæ cuivis adſtant ſolio, formidine qvaſvis
Imple-

Implebunt trabeas) Lecho non ſegne minantur.
Iamq; piget roſeæ morientia lumina lucis,
Sol oculos gravis igne ferit, ſimul illa Potentûm
Decreſcit moles; breviori clauditur vrnâ,
Qvos miſer extremo Dacus trepidabat in orbe
Solus Alexander, Chrobriq; ſuperſtite fato
Inſtitit, & veteres Tibi devoviſſe triumphos
Cùm regno populisq; parat, (probet omina Numen)
Primus ALEXANDER regalibus ire ſecundum
Te ſolijs optat. Nec vano credimus actum
Ordine fatorum, præſens hæc approbat æther,
Qvòd nullum Lechicæ ſibi ſubmisêre Coronæ
Nominis illius, ceu Te niſi ferre Monarcham
Et Tibi Alexandro vellent parere ſecundo.
Iungit vota Chrobri Scythicoq; Boryſthene tinctos
Ut Tu, vel Tiberi vel Gadibus vſq; coloſſos
Imponas victor, vaſtiq; in limite mundi
Et toto memorem plantes Oriente triumphum
E tumulo rogat, alta Tuæ dat ſymbola dextræ,
Seu qvas de Getico vexit ſibi Strimone palmas,
Captivam pedicis compingens Tethyos vndam
Sed qvas Pannonici non ſobria Numina thyrſi
Exegêre minas, Tibi jam ſervire precatur,
Edomitus bellis Aqvilo, deterrita Moſchi
Signa Ducis, centumq; aliæ de Biſtone palmæ
Qvas Vladiſlaus agit, Tibi verſo Nomine cedunt.
Ille ſui pulchros Martis commendat amores
Ac Euros parere jubet, niſi dura negaret
Parca, Tuis ſolus ſe redderet Hectora ſignis.
Ille (ſed in tantâ minimum confundere nomen

Mole vetat pudor, & divus non audet Apollo)
Ille Qvirinali deductos cardine, Princeps,
Nos Tibi transfundit, seq; in Te vivere iactat.
Nec dubio mentis fluctu jactamur; habemus
Te Mecænatem, qvem jure Venusius optet.
Nunc ubi contextis Tua jam calcanea dextris
Svave coronamus, pedibus diadema decorum,
Omen id est solij; nec enim vult maxima virtus
Magna, per in trabeas tantùm fastigia duci,
Sæpe minor rivus præit æqvor grandius amnîs
Parvaq; solarem volucris denuntiat ortum.
Sic acus ingentem flectit magnetica classem,
Qvam forsan gelidis decertans imbribus Auster
Vix movet, & rabidæ submittunt colla charybdes.
Sed qvò præcipitem volvunt sua carmina Musā?
Non opus exsangues tumulis educere Manes,
In Patre Sarmaticos satis est ostendere Reges.
Nullus enim rigido meliùs compescuit ense
Atq; pati docuit pellitum vincula Thracem,
Nullus in adversum Mavortia pectora Bessum
Fortiùs impegit, largoq; in sanguine dextras
Victrices aluit, stitit, agmina, roborá fregit,
Istriadas domuit Rhodopæum perculit orbem
Qvàm Summus patriæ Vindex, Genitorq; Ioannes
Hic nobis Audax, si bellica signa seqvamur.
Ter decies patrio jam Thracem Marte triumphat;
At centum, vel plura sui terrore trophæa,
Hostibus extorqvet, vel solo Nomine victor.
Hic Chrobri, memorum si qværimus acta Parentū,
Ense sibi longæ præfigit limina famæ,
Et Gades capit Alcidæ evertitq; Columnas.

Hîc Vladislaus, teneræ cunabula svadæ
Cûi Calasantini debent Sacraria Phœbi
Varsovis ac Syren, qvi ditat censibus aras
Et pretium superis addit. Qvid plura? trecentos
Unus aget Reges; nec opus Tibi discere multos,
Patrem disce sat est: qvod in omnibus orbis adorat
Unus restituit magnoq; in pectore centum
Exhibet hæredes. Illum cùm videris, ultra
Non est, qvod Tyrias optes vidisse per arces.
Sic Proles Aqvilæ proprijs ubi nititur alis,
Non cygnos, non ipsa grues, non ulla volucrū
Agmina perseqvitur, satis est succedere Patri,
Et radios haurire oculis, ardescere sole,
Nec, licet accensi rutilent ibi nocte Planetæ
Lunaq; conformis soli, vult lumina qvòqvam
Distrahere, unus sol illi, Pater unus amatur.
Qvid cupias Princeps ultra? si discere Patrē
Jure datur! regniq; caput formare sub aurum?
Te supplex orat populus Genitoris, ut ostrum
Et diadema Tuis flammes splendoribus hæres.
Si qvando mediam svasit calor ire per urbem
Atq; vehi longo plaudentis in ordine pompæ,
Vndiq; soliciti concurrunt agmina vulgi,
Arctant mole vias & pegmata desuper implent
Ast alij nixi digitis obstantia plebis
Agmina se superant; alij de limine spectant,
Omnes vel manibus, vel acuto lumine certant,
Ac in Te Reges, in Te sibi cernere Patrem
Jurant, & dominum regno sperare Monarcham
Cogit amor summo qvivis vt pareat, optat
Aurea si teneris prensas diademata palmis,

Aut ſceptrum regale Patris, Tibi prorſus adhære
Exambitq; manus ſemper gravidare regentis.
At nos perpetuis urgemus ſidera votis,
Ut Tibi Neſtoreos accendat gloria ſoles
Æternumq; Lechis faciat! Nec vana precamur
Mollia nam placidæ nectunt ubi ſtamina Parcæ,
Stamine de noſtro pars non poſtrema legetur
Qvæ Tibi contribuat; Noſtris qvoq; demim⁹ annis
Adjungendo Tuis; qvotqvot *Calaſantius* Orbis
Lechia qvot cives numerat ſuccumbere letho
Optant ut ſolus Tu Princeps optime vivas
Ætatem ſuperum. Qvamvis perſæpe dolemus
Exiguum noſtri numerum; qvòd ducere plures
Non potes à nobis annos. Sed qvid rude ſtamen
Purpureo miſcere velim? ſi vixeris ævum
Ipſe Tuum; Princeps ſatis eſt: hoc Neſtore majus,
Hoc Tibi præſagis propè ſtabit longiùs aſtris
Vives Sarmaticæ Sidus Numenq; Coronæ,
Eximijs ſeros diſtingvens laudibus annos.

ARCANUM

PRINCIPIS PURPURÆ

Sub ter Augustis ROSIS
Antistes pius, Princeps sapiens,
Senator Civilis.

CELSISSIMVS

Illustrissimus, ac Reverendissimus D.

D. STANISLAUS

in SŁUPOW

SZEMBEK

DEI, & Apostolicæ Sedis Gratiâ
ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS,
Legatus Natus, Regni Poloniæ, & M. D. Litt.
PRIMAS PRIMUSq; PRINCEPS
Regni voto, virtutum splendoribus, Gnesnæ desiderijs,
Vaticinio, an Apollinis oraculo?
Orbi Europæo
DETECTUM
Anno: Arcani in carne Humana DEI M.DCC.X.

IN

IN ARMA

CELSISSIMÆ ac ILLVSTRISSIMÆ DOMVS

SZEMBEKIORUM.

Ad fasces alij lentâ testudine repunt,
Transiliunt Vestræ culmina sũma CAPRÆ
Quod si Pegaseas simul illis junxeris alas,
Nullus erit, qvi non exsuperetur apex.
Ipsa triumphalis restant Capitolia Romæ,
Huc qvoq; jam Patrijs est via strata ROSIS

CEL-

CELSISSIME PRINCEPS.

ACcipe, non Musæ studio, sed Sangvinis ortu
Qvod damus, augustum, Maxime Præsul, opus,
A Te purpureis labor hic incenditur astris
Et trahit omne Tuũ pagina nostra jubar.
Quod radiet pulchris animosa coloribus Iris,
Hoc ex adversi solis honore bibit.
Regia, quod speculum, qvasi propria, sustinet ora
Oppositi specie consuluêre throni.
Sed prout amoto restant nigra nubila Phæbo,
Sic manet, os extra, qvod fuit ante, vitrũ.
Par decus in nostros, fluit à Te Principe, versus.
Se debet pretio Cynthia penna Tuo
Te sine quid fuerant? vel erunt? nisi vile Camenæ

Vulgus, & Aonij rustica turba specûs.
At quod Regnantis veniant in munera dextræ.
Illustresq; petunt Carmina nostra Lares;
Quod placidâ Domini volvetur fronte Senatûs,
Et magno felix ore legetur epos;
Quod super insignes, forsan bona sarcina, mensas
Ac, medias inter Musa jacebit opes;
Quod populi sensus, oculosq; quod a-vocet orbis,
Vsq; sub Eoo charta legenda polo;
Id Tibi debebit, Tua nostro Carmine facta
Optat in extremis discere fama plagis.
Quis genus, & studium clari novisset Homeri?
Ni suus in Priamum duceret arma liber.
Æneas author, celebret quod Mantua vatem,
Et legitur toto Dardanus orbe Cinis.
Te cupiet Cimbro, vicinior Adria Rheno,
Oceanũq; petens Gallica scire Thetis,
Te Tiberis quondã mirabitur ipse Latinâ
Sarmaticis, rectè, vatibus arte cani.
Id tamen omne Tuis Princeps manabit ab Astris,
Ultima, Te nostro carmine, regna legẽt
Sed

Sed metuo, ne qvis tēerè nos ire queratur
Tyrrhenumq́; levi vincere lintre fretū
Nam Tua, quæ geminum superant splendoribus axem,
Vix fas est tenui stringere gesta metro.
Tu qvoq́; majori Cecropis testudine vatis
Quàm Calasantinâ voce canendus eras,
Imparibus fateor, nos sudavisse Camænis,
Sed quis par laudi, Nominibusq́, Tuis?
Imò solent etiam summæ fastigia rupis,
In parvo molem cernere fonte suam.
Iuppiter in niveo contraxit sidera cygno,
Nec puduit frontem, Numen habere, bovis.
Ipse Deus qvanto terris dimotus Olympo?
Vult tamen & minimæ plebis honore trahi.
Par ratio nostras in Carmina commovet alas.
Dum toleras humili, Maximus, ore cani.
Sed prout excelso sublimis Culmine fulges,
Sic laudes æquant culmina quæq́; Tuæ
A Te, tota venit nostris reverentia Musis,
Monticolas ornat Purpura sacra Deas.
Implet Castalios, Pæstus SZEMBEKIA, campos,
Pro lauru, Patriæ serta dedêre ROSÆ,
Per-

Perlege, quod ferimus, dum magna negotia cedent,
Et gratum quovis tempore munus habe.

Ad votum
CELSITUDINI VESTRÆ

Devinctissimi servi J. D,
à Matre DEI.

ANTISTES PIUS

CELSISSIMUS PRINCEPS

OCcupat emeritâ trabeatis fascibus Augem
Splendorum, lucisq; Parens, & origo sereni
Purpureus Titan, cæli statione relictâ
In terras abiens, ut sic æqualia Phœbo
Restituat Patriæ, Princeps SZEMBEKIUS, astra.
Hinc metire, cui summos excire triumphos?
Quâ populi pompâ, vectigalisq; Tiaræ?

Quod

Quod decus Imperij, qualem celebrare Ministrū
Post tot Præsuleos, debes plus aucta favores,
Gnesna caput Ducibus, caput, & tutela coronis,
Sedes prima Dei, bruto post sanguine tinctos,
Gentiles lucos, scythicæ post obruta Phæbes
Cornua, Sarmaticis, qvæ culta est nuper in aris,
Et ferrugineo terrebat sidera vultu;
Prima Vaticanæ spes implorata Curuli
Perfidiam contra, formidandosq; Tyrannos,
Quos tunc Barbaries & Taurica foverat Arctos,
Excidio Romæ, veroq; in damna Tonanti,
Sed Lechicis ultra Meroen deterrita signis
Incaluit cineri, Geticæ post frigora brumæ;
Prima Tyarato radiosum vertice culmen
In Mystis venerata tuis, orbiq; Polono
Distribuens superos, & vastis lumina terris.
Hactenus ornabas alios, magnoq;, putabant
Illuxisse sibi, tot adeptis fascibus, ortu,
Magno post qvosvis apices crevisse decore,
Qui tua calcârunt grandi fastigia nisu:
Multos sideribus commiscuit Infula Princeps,
Multos Præsuleus submovit in æthera murex,
Exemitq; pari titulo, qvibus alta dedisti
Insedisse tui, solium propè, culmina stalli.
Et meritò sic grandis honor, quo Lechia majus
Nil habet, Imperijs tantùm vult cedere Romæ
Solo Rege minor, nulli post sceptra secundus.
Non alibi certè claris virtutibus auges
Offerri potuit, nullâ se mole potestas
Experta est, reliqvos quantùm præiret honores.
Surgit eò sacræ vis, & præstantia sedis,

Quo

Quo nullis licuit succrescere fascibus ulera.
Hic tamẽ inferior de majestate remittit,
Et prorsus totâ spe defecisse videtur
Lumine victa novo Domini; succumbis & ipsa
Gnesna, minor tantis magnæ splendoribus Aulæ,
Quos Tibi SZEMBEKIJ præsentia detulit astri.
Ornari jam sola petis quæ luce beatâ
Comebas alios, siquidem jubar omne mitrarum
Accipis ex claro Divini PRINCIPIS ortu
Non aliqvod tribuis, confunditur Auspice tanto
Omne decus solumq́; sui lux eminet ostri;
Non crescit titulis, titulos qui surrogat ipse.
Vmbrane mensuram Phlegræ, non justiùs umbræ
Phlegra dabit? superat stellas Aurora minores.
Se satis Augustus, Princeps, juvat æthera flammis
Sidera, sideribus cumulat, minuitq́; quod implet.
Ut solet auricomis dispar honor esse Planetis,
Non omnes æqvo scintillant lumine stellæ;
Nam Jovis insigni satis eminet igne corona,
Quem tamen extenuant orientis cornua lunæ;
Luna fugit rursus curru majore Bootes,
Et fratris confusa genis; *sic magna potestas*
Obruitur meritis, majoreq́; sidere dotum;
Fascibus & quovis regni præstantius auro est,
A virtute decus: sic ad SZEMBEKIA gesta
Deficit omnis honor, minor est quæcunq́; curulis.
Erexit tristes, jam lætior Hospite Sancto
Gnesna faces vultumq́; manu detersit apertâ
Ex lacrymis, ingens dominæ patet area frontis.
Infelix, alias, non frangitur ardua virtus.
Audax in miseris animi fiducia durat.

Mens

Mens proba, post ipsam cladem vult esse superstes.
Corrigit, interea, distortos pectine crines,
Quem Phariæ dant ossa feræ; sqvallore rigentē
Replet odore comam; persultat gemmeus ignis,
Quem manus Assiriâ studiosior inserit arte;
Accipit & Mitram, cui tot desvcverat annis,
Dum vaga bellorum rabies, dum cornua stridēt,
Civilisq; furor, diversos adiuvat enses,
Signa volant longis populum lassantia damnis.
Visa sibi gravior moles, quam bajula cervix
Illam ferre queat; socijs juvat artubus uti.
Intermissus honor, nisu majore fatigat.
Asvetis etiam manibus, gravis hasta videtur,
Cùm Mars sepositis jam rariùs utitur armis.
Sicut in Æmonijs cùm barbara flamina sylvis
Irati Boreæ, subitam fecêre ruinam,
Semirutæ pini, totis radicibus ornus,
Ac abies prostrata iacent, & mole supinâ
Infractam quercum, læsam licet igne recenti,
Fulminis impulsi, simul involvisse videntur,
Inflecti potuit modicùm luctantibus Euris,
Frangi non potuit, multâ tamen arbore pressa est.
Mox ut solvit onus sylvæ, villana bipennis,
Aut Notus adversis dejecit fragmina ventis,
Erigitur quercus, sed necdum robore toto,
Ægra redit sursum,, pendentibus in sata ramis.
Tali pænè modo, quos jam neglexit honores,
Gnesna tot afflictis rebus non tota resumit.
Inter tot clades, toties direpta, tot enses
Passa; vel à Lechicis nimium depressa maniplîs,
Vel quas Mars Gothicus, quas Taurica spectra
dedêre

Infandas perpessa neces, quasi non sua fronti,
Dona Mitræ reddit; notumq; circumspicit orbem,
Pontificis digitale decus, decus utile Gemmæ
Insolitus trabeam perfundere creditur ignis,
Cunctaq; quid spirare novi, qvid gratiùs Aulæ
Addere post domitæ sortis fera damna videntur.
Territa mens diris, felicia dona pavescit.
Et quævis requies miseris suspecta putatur.
Ceu raptum pluvijs reddunt ubi nubila solē,
Plus rutilum jubar esse putes, plus urere flammā,
Sit quamvis eadem, sudo quæ fulserat axe.
Aut velut Elæo qvoties de carcere ductus,
Exclusam tenebris aspexit in æthere lucem,
Forsan Olympiacæ sonipes nutritus arenæ,
Obstupet, & dubiâ per agros cervice vagatur,
Jgnoto qvasi sole calens; pudet ora teneri.
Sic ornata, sacras geminatis ignibus aras,
Templaq; majori jussit succendere gazâ,
Gnesna sui jam certa Ducis; coit ordine pulchro
Nympharum cuneus, jussumq; implere laborant,
Ardet opus studio; subitis viret area sertis;
Ultrò nitet meliùs vestitum luce lacunar;
Aurum tecta gravat, lætas pinnacula cristas
Ostentant superis, frons primæ splendida portæ,
Jncrepat ardentem pretioso lumine Phæbum.
Vix aliquas calx alba vias discriminat auri,
In muro Pharijs, Indisq; coloribus uncto.
Limen marmor habet, quod dives vena pererrat.
Intus Achemenij terram stravere tapetes,
Parîetibus Tyrios affixit purpura fastus.
Indi dens pecoris, quæ nuda sedilia, celat.
Ipsa

Ipsa loci facies magno blanditur honori;
Sentit, operta licet superûm vestigia, tellus.
Sed plus celsa virent cultis altaria gemmis;
Ipseq; Præsuleas Ganges circumfluit aras,
Ipse suâ divo se tempestate Tyaræ (ceps;
Infundit; quid grande Pedû? quid Purpura Prin-
Hæc pretium superare Tagi, confundere Cræsû,
Illud Hydaspeis visum est de fontibus ire.
Hæc dat Gnesna suis, ubi regnant, dona Ministris
Quæ tunc SZEMBEKIO jã plus cumulata serẽo,
Sarmatides Nymphæ, genus immortale trionum
Principis imponunt solio, quod desuper Afrum
Texit ebur, Phrygiusq; labor, Seresq; vetusti.
Ipse thronus, lateri dextro, conjungitur aræ,
Primâ, cælesti Domino, statione dicatâ.
Author opum, fert primus opes; ita Nereus undas
Distribuit terris, redeant ut in æquor avitum.
Ad superos referendus honor, qui manat ab astris.
Hic innixa manûs cubito, quâ lege triumphi?
Quo populi plausu? venienti occurrere possit
Pontifici pompæ? studiosè Gnesna revolvit,
Et quamvis, Princeps, totas propè Nomine magno
Attineat gentes, extremum subjuget orbem;
Quamvis Patritiæ numerosis viribus aulæ:
Et centum stipetur Avis; miscentur & ipsi
Officio superi: cœlum pia vota secundat,
Et semper præsens dignis conatibus æther.
Illa tamen magis, atq; magis clarescere mundo
SZEMBEKIOS optat florenti sangvine fasces.
Non contenta Lechi vastas quod pervolet urbes

Fama recens, propriosq́; beent ea munera Cives.
Scilicet, hæc natura boni est, ut latiùs undet;
Diffundi majora volunt solatia terris.
Stagna sibi tantùm, quia parvi nominis, undas
Inter septa tenent, offundit Regia Tethys
Innumeras gentes, & magnos sufficit amnes.
Rustica se parcis angustant flumina ripis,
Oceanus totum pelagus partitur in orbem;
Et nisi Divinæ cohiberent æquora leges,
Obrueret terras, & culmina summa profundo.
Non aliter famæ pelago vult Gnesna remotis
Exundare plagis, SZEMBEKIA tradere gesta
In Gades, Lybicosq́; sinus, Asiamq́; Scythinq́;
Unde vocat faciles ad talia munia Divas,
Et terrâ pontoq́; novos fervere triumphos
Læta jubet, jungitq́; preces; nec segniter implent
Imperium Dominæ solers custodia templi
Illis competijt; quidquid cæleste vocabat
Præsidium, vel Divus honor, vel victima fumās,
Obsequijs Nymphæ nimiùm concordibus audēt.
Affectu pietas popularia pectora flammat;
Relligio Sectis obstat; dat præmia candor.
Spes animos, & sancta Fides ad sidera librant
Nec non justus amor; nectit patientia palmas;
Cura poli, sacrosq́; fovens vigilantia ritus,
Excutiunt veteres ab inerti pulvere leges,
Atq́; aliæ centum; quibus irreprehensa potestas,
Iungitur, & rigidi proba Iurisdictio sceptri.
Clariùs innumeris virtutibus Insula dives,
Quàm gemmis radiat; pudor, est pro murice sacris,
Vestis

Vestibus utilior; vittas, decet aurea vita.
Est quoq; sed dictæ non admiscenda catervæ
Fama, ministerium cœli nisi nata subire,
Et quocunq; velit dominatrix mittere Gnesna,
Obsequijs jurata suis. *Virtutibus*, inquam,
Fama comes, fortuna pedissequa semper.
Servit honor meritis, ut vastæ quercubus umbræ;
Sors ancilla fuit recti: sic Gnesna decoro
Stipatur cætu, nitet hoc examine felix,
Splendidior cunctis: ita dum Saturnia Iuno
Sidereo stipata globo regnabat in astris,
Adstitit hinc Cybele genitrix veneranda Deorũ,
Rheaq; Peridesq; Deæ; simul aurea Pallas
Imbre Jovis, pharetrâq; levi laudata Diane,
Hinc Cytherea sui face non ingloria nati,
Atq; Ceres rubicunda genas, & divite vestem
Distingvens spicâ, Getici soror inde Gradivi,
Insignis galeâ; lux omnibus emicat impar,
Et Iuno prægressa Deas colloq; thronoq;
Ut steterant pariter Gnesnæ sermone coactæ,
Quæ sit causa, docet, quis festi nobilis Author:
Res eget immenso plausu! SZEMBEKIUS aras
Implet honor; superi votis mea limina pulsant.
Quem nisi prostratâ de longè fronte colebam,
Iam mihi jure datus, jam nostrâ flagrat acerrâ.
Post gemitus, tristesq; genas, post mille malorũ
Fulmina, post rapidi tot detrimenta Gradivi,
Iam mihi clementi cœlum radiare sereno,
Iam Deus innubes jussit succedere soles,
SZEMBEKIAq; Rosâ ver svavibus inchoat annis.
Nulla mali species, quam non felicior usus

Emendet; clades, sunt faustæ semina palmæ.
Toxica, quæ mollit Chiron, nocitura medentur.
Non ego plus Grajæ metuo pluviale Capellæ,
Non imbres. hyemesq; minax mihi gignet Orion,
Jllustres dum signa Capræ dant fulgida terris
Olenias pecudes, & nubila sæva fugantes,
Vix niveum fudêre jubar; frontemve coruscam.
Plura dehinc referam; modò, quo Pius ordine Præsul,
Quâ Princeps pietate meus, quo lumine Primas;
Quo Pater officio, quâ regni laude Minister
Admittendus erit, magno sudore parandum.
Quid dabitis, quod possit opes æquare Paternas?
Quod sit par merito? summis mens dotibus aucta,
Quo serto? manus apta coli, qûo munere Regū?
Imperfracta minis, quo frons splendore Mitrarū?
Fortius ex bello pectus, quo murice regni ?
Cor nullis domitum fatis, quo sanguine gentis
Ornari justè poterunt? quæ præmia ferre ?
Sola quidem, probitas pulchro sibi floret honore;
Et pretium quodcunq; datur, virtutibus impar.
Ipsas virtutes præter; satis inclyta merces
Emeritis, meruisse fuit, fructusq; laborum
Optimus, invicto Nomen pepigisse labore.
Attamen eximius meruit solatia sudor.
Et gratis piget esse Numam: vos, quale licebit,
Pro tenui voto; non pro paritate Tyaræ,
Ite, parate decus; sacra jurisdictio gentes
Eliciat pompæ; quas Vandalus alluit urbes,
Quos Odoræ, Saniq; lavant vaga flumina campos
Et quas potat Aper, quas præceps Narvius arces,

In dilecta trahat noſtri commercia plausûs.
Conveniant populi, quibus imperat Inſula quævis,
Servati Cives, defenſa palatia Regum,
Auxilijs, opibusq; meos cumulare triumphos
Accelerent meruit Princeps hæc munera regni.
At tu fama memor, cui publica vota caleſcunt,
Extremos pulſa ſociali fædere reges,
In commune Lechi ſtudium; ſciat ultimus orbis
Szembekias laudes, auctoramenta Senatûs.
Finijt, & toto fremuit nova gloria mundo
Imperium ſenſêre ſuæ juga Lechica Divæ,
Jnnumeriſq; ſtatim trabeis, & faſcibus omnes
Certatim terræ grandes veſtire lacertos,
Exornare caput mitris, ſubmittere cives
Quæq; ſuos properant plaudentis ad oſtia Gneſnæ.
Digniùs invidiam multis frons una coronis.
In caput Herculeum qvævis Calydonia qvercus
Flectitur, ac avido contendunt ſerta tumultu.
Suſpirant Argi, ſuſpirant Tydea Thebæ.
Vix ædes cœpêre Deas: Tum prima micantem
Circumnexa comam radioſo ſidere vittæ,
Introiens triſti Cracovia voce precatur.
Gratuler ? an juſto potiùs dejecta dolore
Invideam tibi Gneſna Jubar, SZEMBEKIA virtus
Qvod ſecum veſtris defert exercita Mitris ?
Principis illud honor ſvadet, voceſq; precantûm
Hoc jubet imperijs, & cœlo nota cicatrix.
Sauciat hinc aliud, crudum mea pectora vulnus,
Aut prius irritat, qvod jam Cujavia fixit,
Avellens mea membra mihi Proavumq; medullã
Ingens rarò dolor longis componitur annis.

Pestis lethifero serpens in viscera tabo
Dedignatur opem medicam; violentior ictus
Et post Thessalicas retinet vestigia curas;
Æternum perit arte levi sine sangvine vulnus.
SZEMBEKIOS ego mater Avos, ego sidera fovi
Ampla Palatinæ, quâ cernitur area sphæræ:
Stellis dant Patriam cæli, dat Græcia cunas
Numinibus, teneroq; Iovi Gortynnia telus,
Æmulor, & Lechicis genitrix canor inclyta Divis
Nutrivi Proceres; crebro primordia gentis
Murice lustravi; cessit qvæcunq; curulis
Obseqvio, geminus Ceris inclaruit ordo:
Instravi trabeis cunas; qvæ gloria regni?
Qvod culmen nituit? qvis honor porrectus in altũ
Et me præterijt? centum congessimus arrhas,
Iussi tot fasces, tot laticlavia Patrum,
Tot sacri pariter Dominis servire Tyaræ,
Transtulit huc ipsum Michaël cum Nomine cælũ
Dux in bella stygis tristi gravis exitus Orco
Sed superûm Clypeus, cui Suffraganea Craci
Infula victuram parit; inter sidera lucem.
Naufragijs Lechiæ, fureret dum Balthica Tethys
Gratior illuxit Pollux, ferriq; procellam
Dispulit in Gothicas metuendo fulgure terras.
Illi Craciades devoto murice Mitræ,
Illi paret honor titulis majoribus orbis:
Carpathos, & Vaveli clivos frondescere palmis
Innocuæ fidei, duras mollescere rupes,
Moribus assvevit sanctis, & nectare svadæ.
Qvantùm Sarmaticæ leges, & jura tulerunt
Præsidijs? qvantis caluit tunc curia sertis?
Dum

Dum par nervoſo nuper Ludovicus Athlanti
Aſtræam regni, formidandumq; Tribunal
Suſtinuit Cracij votis, animiſq; Senatûs
In regimen Themidos lectus, cúm Gneſna vacaret,
Quæ ſibi Præſidium titulo prætendit avito,
Sed tunc Iudicio Ludovici ceſſit, & aſtris.
Chriſtophorum grandi metitur Nomine virtus.
Ac ſuperis æqvare cupit; nil ſvaviùs illo,
Conſilijs cùm verba dedit, vel dogmate legum
Aures offudit, populi; nil æqvius, audax
Cùm ſcelus admonuit, vel ſenſu Judice preſſit
Ad ſacras Numen nil vidit ſanctius aras.
Quos, amor imperij, famæ venientis honores
Quos meruit cippos, & Mauſolæa Nepotum?
Deliciæ regum, lumen Præclarus Avorum,
Quo Woynicenſis tumuit ſeſſore Curulis.
Jlle Palatinas numeroſo milite turmas,
Sarmatiæ florem, palmaria robora Craci,
Primus in Auguſti, dux, Sacramenta coegit;
Ille Sileſiaco Regem de limite duxit,
Poſtqvam concordi Procerum, Martisq; Quirini
Voce ſalutatus, Lechicum devinxerat orbem.
Ille-tot inſignis titulis, ſeu Curia ſupplex
Iudicium petijt, ſeu virtus bellica regni
Eſt commiſsa ſibi, juſtâ mercede levari,
Seu quodvis aliud munus; nil obſtitit unqvam,
Per medias acies, per euntia tela cucurrit.
Non minùs auguſto Regni munita ſigillo
Imperat æternas SZEMBEKIA gratia laudes,
Nomine qvam præfert, ſociâ bonitate Ioannes
Sarmaticæ vaſtis ſe Cancellarius alis

In ſublime ferens Aquilæ, gentemq; Paternam.
Alter in Arctois venerandus Ephæſtio terris,
Os, animumq; dedit Regum ſignanda favore.
Cùi non ulla magis, quàm libertatis amori eſt,
Gloria, qui ſciſſum ſapienti voce Quiritem
Compoſuit toties; unitis viribus irent
Subſidio Patriæ, fractiq; laboribus orbis,
Admonuit toties, ſe ſolo prælia fregit
Arma togæ junxit; ſociata eſt Curia caſtris;
Æquè conſilijs, ac ferro vindice præſtans;
Exarmatus opem tulerat pro milite Marti,
Armatus coluit pacem; par Cæſar utriq;
In ſimiles auſus cognato robore ſurgit,
Et magnâ ſpe ſceptra tenet virtutis avitæ,
Inſignis Dapifer Regni; ſi Iuppiter aſtra
Jmperio cohiberet adhuc, Ganimede relicto,
Illius officio nectar cæleſte dicaret.
Auguſtus tamen ipſe Iovem præcedere par eſt,
Ambroſiam morum cui Tu Franciſce propinas.
Cynæam Pyrrho Lechicus non invidet orbis,
Eloqvio meliore potens, felicior uſu,
Orator variâ Regum ſpectaris in aula;
Advertit nuper meritas Moſchovia dotes,
Cùm de Sarmaticis tractas cum Cæſare rebus;
Et tanto volet ore loqvi, gaudere Miniſtro,
Debet Alexandro, qvod non ſit fracta ruinis
Majeſtas Patriæ, qvam forti pectore victor
Protexit toties; cui tot Mavorte calentes
Lyſimachos, Svetico genus exitiale Leoni,
Sub ſignis aluit, qvod Martia Nomina ſcripſit:
Hoc Magno, major, quod ſciverit hoſtibus uti.

Et Te quis sileat? Dacorum cespite tectum
Carole? quæ pugilem, claris injuria factis
Ætas subticeat? cùm Te tormenta loqvuntur
Bellica, vocaliq; nocens globus impiger ictu;
Pupillam imperij Tecum amisisse videtur
Lechia, dum gemino, trajectus glande volucri,
Lumine privaris, cæci metus ipse furoris.
Quippè Tuum, servis Russorum cincta catervis
Non tulit aspectum metuens Bellona notari.
Sunt Seraphim Sancti, Paulinaq; frondet Eremus
SZEMBEKIIS; calet hiç & Lojolana propago.
Quid Proceres alij? quid cognita fœdera mundo
Sangvinis externi? qvali Warszyccya nexu
Nomina contribuunt istis in lumina Ceris?
Æmula quid soli, fert Wisniowieccia Phœbe
Æternos paritura dies, paritura triumphos,
Ac ipsis tantùm captivans hostibus umbras:
Quas Odrowąsiæ laurus, & serta Sagittæ
Accumulant sertis, quid præstat Avũculus Hector?
Mens Procerum, Patriæ pectus, Cor nobile Regũ,
Os populi, legum, libertatisq; lacertus,
Sede Palatinâ Lechicæ spectabilis Arcto,
Ingens Siradijs Casimirus gloria terris,
Grandævus Nestor; qvantam Siedniccius ensis
Usq; sub Ausonio transplantans stemmatacœlo,
Palmarum sociat messem? spectavimus ingens
Legati pretium, Latio dum ferret ab orbe
Cæsaris Augusti mentem, mens, ipse Monarchæ.
Hic Ozorowij sudant certamina Martis,
Chełmscia Luna fovet pleno solatia cornu;
Hic Ligęzorum connectit fascia fasces;

Rayſcia felicem paradiſum gloria plantat.
Zielenijs fortuna viret nutrita trophæis.
Hic baſis Herculeam ſiſtit Walewſcia Calpen
Stradomius largo diffūditur æquore ſangvis.
Sed quis cæruleas numero diſtingvet arenas?
Sidera quis parvis poterit benè ſtringere cyfris?
Grandinis effuſæ gemmas, quis calculus explet?
Quæ tot ſidereos compinget paginá nexus?
Vix ego de magnis aliquid libare triumphis,
Vix altum potero, minor, attentare profundum
Sangvinis Auguſti: qvis non Tarnovia norit
Fœdera? Sarmatici qvibus exarsêre Triones,
Quæ ſummas ſtrinxêre Domos, & Culminaregni;
Hinc habuit, quoties, vel in ardua prælia dextras.
Vel Sanctum voluit, juſtâ virtute, Senatum
Suppeditare Lechus: ſtant his Heroibus Aulæ;
Floreſcunt Acies: rigidum Michaëlis ad enſem
Biſthon, & abjecto profugus Thrax palluit arcu;
Qui niſi pro ſuperis vel pro Regalibus Aſtris
Opponit clypeum; Numen cui ſufficit unum;
Qui Domino vovet arma ſuo, ſpes Optima Regū,
Siradiæ mutans ſtellantia regna Curuli,
Sarmatiæ, cœlum, Caſtellanoq; decori,
Indies æthereus, docet, immortale Miniſtros
Exæquare jubar victuris poſſe trophæis.
Compellit geminas uno ſub Nomine gentes
Szembekijs fortuna ſuis, ubi ſangvinis æquor
Tarnovij, bino Procerum diſcriminat ortu,
Sed noſtris conjungit Avis, & utroq; beatas
Stemmate, perpetuis innectit legibus Aulas.
Seu quos Haſta triplex, centū commēdat arenis,
Seu

Seu quos vernus Ager, roſeis cum Vomere ſertis
Ornat, collecto tranſfert huc gloria cenſu.
Rychłovios quæ fama canat? quis fortia geſta?
Samſonios dignè, quis amet, proferre Leones?
Quod caput evincet niveo ſacra Faſcia nexu?
Nam duo, ſub tantum celerant inſignia Nomen,
Ut cumulent ab utrinq; decus, majoreq; flammâ,
Szembekijs ſervire queant, in ſidera, Ceris.
Hic veteres ſiſtunt Rupniewſcia Flumina Druſos,
Hic Proavos numerat ſeries Opoccia Cajos,
Aſcia purpureos ſignat Tarłovia Patres,
Dębinij Fabios, Przyięmſcia fama Metellos,
Martem reſtituit Patriæ Bidźinſcius Heros.
Tanto Sarmatici cumulatus ſangvine mundi,
Tot Palmis felix, tot claris gentibus auctus
In ſe tot Genitor nexus, tot vincula traxit
Et Divina Parens, totius ut omina Regni
Primati, Natoq; ſuo transfundere poſſent.
*S*pectavi, quo Diva Charis lactavit amore,
Qvos inſpiravit Genitrix in flore triumphos,
Peltigeris longè conſtantior ipſa Lacænis,
Tunc menti teneræ; quod Pieniąſzkovia Mater
Infudit pretium, quales dedit Anna favores.
Adverti, qvoties cœſis hoſtilibus armis,
Exuvias Nato tulerat, cladem q; recenſens
Hæmoniam, lætus fronti Pater oſcula fixit,
Dum ſimiles animos, cernit vultumq; minacē,
Qvamvis juſſa poli ſtudium vertêre Parentum,
Illum aris, pro laude ſagi, certare volentes.
Qvātus, præcipites, obex Franciſcus Alanos!
Qvod vallum ſtiterat Dacos! dum limina Ruſſi,
Et

Et Camenecensem ferro defenderet urbem,
Ad Castellanos meritis evectus honores. (ri,
Quidquid opũ gerit ulla Domus, quid castra deco-
Quid fovet egregij Respublica nobilis usquam,
Transtulit huc Genitor, Nato cũ sorte relinquẽs
Magnanimos ausus, studium Civile, paresq;
Consilijs veterum sensus; & laudis Avitæ
Fœdera, quæ nullis fas est attingere metris;
Magnus pænè labor, tot magnas dicere gentes,
Quæ cum Szembekijs còeunt feliciter astris.
Tanta dedi Domui! modò nostris altera donis
Curia perfruitur, parto privamur honore.
An non justa qveror? potuit regnare Vavello,
Carpathios potuit jussis adstringere colles,
Vandalus imperio patuit; petiere coloni
Pontificem, famulos cedebant mænia cives.
Cur meus externis Antistes traditur aris?
Num sic spreta feror? sublimia culmina Craci
Non satis excellunt? melior Cuiavia vittis?
Et tu Gnesna Duci? fateor, debere priorem
Me, Lechicosq; Patres semper tibi cedere sedem;
Sed jus Szembekias majus mihi servit in Aulas;
Notaq; jam virtus dulcem proritat orexim.
Jmò Stanislaum Craci vetus infula poscit.
Parta semel famæ, generoso sangvine laurus,
Mancipat æterno se divis frontibus usu.
Nominibus magnis quædam sunt omina certa,
Et virtus hæres; fatalis quilibet Afris
Scipio, cui Pænos implet victoria campos.

Quan-

Quãtâ clade premor! quoties mihi facta recurrũt
Dogmata civilis Svadæ! quoties suffragia lapsis
Præstita! qvo populum studio! qvo munere Tẽpla
Quâ coluit pietate polum! deterrita Lernæ
Monstra, veneniferis gentes afflantia sectis;
Aris auctus honor, superûm ditata supellex;
Dum præsens Cracias implerer moribus urbes.
Gaudebam, tot capta bonis, de Præsule sancto,
Et simili vitæ, florentia germina, fructu,
Sperabam nostris adolescere posse colonis,
Jllius exemplo formari sidera terris.
Sed jam cedo tuis, quamvis invita trophæis;
Hoc unum liceat, Dominum vidisse regentem,
Et flexo colluisse genu. Dum talia profert
Urbs antiqva Craci, pulsat Cujavia limen,
Mæsta genas, multumq; suis conterrita fatis,
Ut didicit Gnesnæ Szembekia cedere sacra,
Et se tantarum carituram munere dotum.
Hinc it Posna, suæ quam flos circumfluit urbis;
Culmaq; crinitis longùm comitata Borussis;
Inde Pomesano contermina Varmia Civi.
Chełmaq;, belligerisq; frequens Luceoria Russis.
Atq; aliæ magno fervent certamine Divæ.
Uno, tot votis omnes, pro Principe pugnant.
Ipsi sæpè loco pretium, cum Numine crescit,
Et probitas, quod lumen habet, diffundit in ostrum.
Thessalus exēsas rupes, ubi dogmata Chiron
Pelide dederat pingvi nunc lustrat acerrâ.
Hinc est, quod tanto certant fervore Tyaræ!
Gnesna tamen vincit; Gnesnæ concessa facultas,
Principis, & superûm jussis, & Iudice Româ.

Jlli-

Jllius obſequium Princeps Celſiſſime, præfers,
Et Te poſt Gothicos motus, & prælia donas
Pontificem ſanctum, donas florentibus aris,
Aras promeritus, ſuperis poſcentibus, Aſtrum.
Nam quid ſidereo pia mens abſorbta profundo?
Cœlicolis animus, quid pulchro fædere nexus,
Spiritibus ſignat? quid contemplatio pernox?
Illa Tuæ pietas animæ? cor in æthere fixum?
Decretiſq; DEI ſemper conjuncta voluntas?
Mite ſupercilium? manſveti gratia vultûs?
Jlla verecundæ depreſſa modeſtia vocis?
Ingenij pax alta Tui? quam nulla malorum
Tempeſtas agitat, nullæ fregêre procellæ;
Illa perorantis lingvæ, vix cognita mundo
Temperies: properæ qvam vis non aſperat iræ;
In miſeras cor ſvave manus; obulumq; petenti,
Auro, vel largis reſpondens dextera nummis?
Illæ conformes ſuperis in corpore dotes?
Quid niſi Te, Princeps, Numen terreſtre fatētur
Frons gravis innubi radiat moderata ſereno;
Majeſtas oculos, modicùm dejecta, venuſtat,
Contemnitq; vago qvemvis incurrere jactu.
Conſtans oris honor, nunqvam palleſcit ad enſes,
Nec rubet accenſus bili, ſed eburnea murex
Signa pari ſemper confundit flore genarum.
Pyrrhus in OEnotrij veniens arcana Senatûs,
Non homines, ſed pænê Deos, ſe cernere faſſus.
Quid! ſi canitiem Sanctam? miracula morum?
Auguſtam faciem, majeſtatemq; loquentis?
Quid ſi Te, Princeps, Divis accumbere menſis.
Et libare ſacrum Nectar, vivumq; creari
Ore

Ore Tuo Numen redolentes nosset ad aras?
Quid Te dixisset? quali jactasset honore?
Sed jam Gnesna potens avidam Te poscit in Urbem
Expectant proceres, occurrit Curia supplex;
Accelera, dum fama Tagũ, Rhodanũq; Tibrimq;
Ad Tua compellit sociatis classica votis,
Szembekio turbat *Mareotica* Nomine sceptra.

PRINCEPS SAPIENS.

ACcubet augustis Princeps sapiẽtia mẽsis,
Ne Regũ fameant mẽtes, infirma Senatûs
Langvescat ratio; caput optant cingere Mitræ
Quod sapuit, non quod superavit mole Typhæum.
Sceptris plectra juget, qvi vastas condere Thebas,
Et grato voluit concentu vivere regni.
Palladio sacer adstat honor; sociata Minervæ
Splendidiùs fortuna nitet; Liber, aurea librat
Nomina de vulgo, summisq; interserit astris.
Tu dabis exemplũ Princeps; Tua purpura pallet
Codicibus sacris, Musæum sufficit Aula;
Hospitioq; Tuo, patrias præponit Athænas
Pallas adhuc discens à Te, quod tradat Achivis.
Quis modus est bello? quæ sic invisa Polonis
Numina sãgvineas renuunt compescere dextras?
Quo nos, usq; Tuæ Princeps Celsissime, mentis
Promissus distendet apex; bissena, vel ultra

Tor.

Torpet hyems, totiesq; trahit Thrax plaustra
Bootes
Et reduci toties occurrit Iberia soli,
Emenso, cùm regna petit Neptunia, mundo;
Vandalus æquoreas concreto marmore lymphas
Oppresit toties, glacie, pro ponte ligatus,
Ut Finnis quateretur equis, quateretur Alanis,
Impunemq; ferens soleam, nisi vulnera dorsi,
Quæ secuit rigidis constantior ungula clavis,
Exhibuit cœlo, non ulciscentibus undis.
Tot jam lustra cadunt, tot squallēt luctibus anni,
A quo Sarmaticas alieno condis in orbe
Delicias, pretiumq; Tui; nunc redde, quod Arctos
Nostra gemit, quod civis amat, quod curia poscit,
Quod proceres, Clerusq; rogant, quod mūndus
adorat,
Svave jubar capitis; mæstæ fastigia Gnesnæ
Adventu solare Tuo; neglecta vetusti
Limina consilij, spoliatam legibus arcem,
Desertas urbes, vacuum sine cive Senatum,
Maturo recrea sensu; *patet orbita fatis*,
Quâ de Tarpejo Fabius discessit Asylo.
Liberiùs fluit omne malum, cùm Numina cedunt.
Consulis exilio, secura licentia regnat.
Vir sapiens doctâ clades ratione coercet.
Te petit Alcidam Nemee, Te Lechia supplex,
Tot fera monstra ferēs, populus Te postulat ōnis,
Ætatis, varijq; status discrimine pulso,
Purpureum spectare Patrem; Te dives, inopsq;,
Advena, vel Civis; privatâ sorte beatus,
Publica seu tractans, florente negotia regno,
Mista

Mistâ congerie poscunt, reducemq; precantur;
Canities oblita sui, vegetissima currit,
Ut videat Dominum; præceps, animosaq; pubes
Par aquilis celerat; sexûs pudor exulat ori,
Virgineas cumulante viris pietate catervas.
Omnibus in metam, Princeps Celsissime, votis
Sufficis, uno Te viso, saciata quiescunt
Agmina plaudentûm; tali propè cingitur æstu,
Pluribus, Ionium mare, qui circumfretat, annis,
Jam Chias coemens merces, jam regia Lemnos
Munera jam Tyriæ molimina rara Minervæ
Spumiferi post longa redux certamina ponti,
A natis genitor, dum fixæ littore puppes,
Depositus Grajo siccatur ab æquore remex;
Itur in amplexus; hinc plantis oscula nati,
Inde ferunt dextræ, plus tibia pressa gravatur;
Ipse manus offert, & amantia brachia parvis
Pignoribus, retinetq; parens vix ultima mater
Invenit spatium, quâ mollia pectora junxit.
Taliter Odrisijs Lechicus cùm ductor ab armis
Retrò venit, scithicos postquam perruperat agros,
Longiùs ad Taniâ, decimâ quàm messe moratus;
Et jam fama suîs vulgaverat obvia servis,
Quod pugnax cecidisset herus, jam pallida cõjux
Testari crudo pergebat funera luctu,
Cùm notâ redit ille viâ; præit ante minister,
Qui Dominum regredi qverulosæ nuntiat aulæ;
Tunc consors, natiq; uolant, qvacunq; pateret,
Et deplorato vigor est occurrere Patri.
Multum conjugio, certum est, deferre maritos
Mancipijs Dominos, & amatis dulcia Patrum

Nomi-

Nomina pignoribus, ſi vitam, cujus honore
Perſtant, incolumem poſt longa pericula ſecum
Illis reſtituant, optataq́; gaudia ſedent.
Tu ſuperas omnes, Tu noſtræ plura coronæ
Non uno charus titulo, ſolatia præbes,
Cùm Te reſtituis, Princeps, Dominumq́; Patrẽq́;
Quàm ſi vel Geticas laurus, vel Colchica ſerta,
Vel qvod terra parit, quod mergũt æquora, dones.
Clari nempè, Duces, pretio majore parantur
Quàm terræ, vel regna ſolent; rude parturit aurũ,
Informis rupes; tellus mollitur aratro;
Divitias cava ſaxa fovent, vel ſubiugat enſis;
Sola paludatos heroes Numina formant,
Quorum vita, ſalus, & ſpes, doctrina thronorũ eſt.
Senſit, quo caruit, qvali ſpoliata Miniſtro,
Inter tot tumulos, & crebras Lechia clades,
Cùm Te Civiles regno movêre procellæ,
Extra Sarmatiam Patrium diadema ferentem.
Credidit expoſitam fatis, Tibi, Regia ſortem,
In gremioq́; Tuo ſceptrum ſecura locavit,
Quod Svevi petiêre duces, quod Finnus, & Æſthon,
Qvod ſpe Tantaleâ reges torquebat avaros.
Depoſitum tam grande throni, ſuperare videtur
Illabefacta fides, & mens non victa ruinis,
Iraſci viſus, Patriâ quod ceſſeris, æther;
Qvidqvid, enim, tellus, quidquid vomit unda veneni,
Aura vel obſcuræ glaciali pondere nubes;
Qvod ferit ignis edax disjecto fulmine damnum,
Infenſis Elementa poli qvidcunq́; minatur
Exitij mundo; qvidqvid portenta, ſcopæq́;
Accen-

Accenſæ cœlo, triſtes ululatibus aræ,
Frons Hyadum mærens, vel iniquior armat Oriō.
In nos continuo manavit gurgite paſſim,
Theutonicas, abſens ubi Princeps, incolis arces,
Quod nunqvam fatis, hic, Te licuiſſet agente.
Tutiùs errabant cædes, & ſigna rapinis,
Prædita, non bello, permanſuriſq; trophæis,
Cùm vidêre probum regno ceſſiſſe Catonem,
Conſilijs cicuranda Tuis; impunè vagata eſt
Sub labaris pubes; modò Balthica littora viſens,
Carpathij modò clauſtra jugi, celeratur ab Auſtro
In Boream; rurſus gelidæ terroribus auræ,
Præfertur tepidis Zephyrus nos æſtibus afflans.
Dat ſpolium villana domus, pauperq; colonus,
Non Arabes, Syeonũve manus, non Lappo Gothuſve,
At Leo Sarmaticis multùm robuſtior armis,
Qvem fera Balthis alit, qvem dat Septētrio frigēs,
In jugulum regni majori clade ferocit;
Non animo tantùm, Svecisq; phalangibus audax
Qvantùm diviſi ſtudio variante Senatûs.
Maxima diſcordi quatiuntur culmina motu.
In ſcopulos grandem fert vis contraria Navim;
Et nova diverſis lacerantur carbaſa ventis.
Sciſſis ubi paries, certa eſt jactura Penatûm.
Nam cur à Gothicis valeat plus raptus aratris
Verna rudis? ſteriliq; potens confligere glebæ.
Non ferri, palmæq; capax? cur Gallicus exul,
Aut plagas fugiens, & herilia verbera ſervus?
Cùr, malè diſperſis abjectus mercibus Afer?
Aût alius quiſquam, caſtris non ſpontè receptus,

Advena, Germanos habitus, aut arma professus,
Sarmaticas acies, & bellica signa fugaret,
Quæ magnus Sangvis, quæ virtus Nobilis implet,
Id nisi scissa Ducum virtus concederet hosti?
Nos premimur nobis; nostro stât sangvine palma
Externi Martis; Lechicâ cervice paratur
Hostibus omnis honor; quot aperto nomina bello
Prussia nostra dedit? quot littora Balthidos enses?
Ossaq; Vistuleiq; sinus? quot in urbibus arma
In Patriam sunt lecta suam? sic vincimur ipsi,
Et nullo mundi constant hæc serta cruore.
Tot mala, tot sævas, Te, sors, absente ruinas,
In nos congessit; tot tempestatibus æther
Obruit, auxilio doctæ rationis adempto,
Ne quid vel Proceres, vel Eqves distractior armis
Consulerent æqui, sed tanto milite florens,
Tot populis felix, opibusq; Polonia priscis,
Tot clades, tot damna sibi spectaret inulta
A servis fieri, grassanteq; Marte cruento.
In simili laqueo dum nos fortuna coarctat,
Qui nec præscindi gladio, nec mente resolvi
Tam gnavè poterat, ne libertatis avitæ,
Jactaretur honor, sero Te Patria voto
Postulat, o! Princeps, seris Tibi victimat aris,
Consiliumq; petit, damnis edocta, quod absis.
Proficuum Graijs Agamemnon qværit Achillem
Quo semper Phrygiÿ Troes absente triumphant;
Non omni, siquidem, cedit Bellona lacerto;
Soli Pelidæ Neptunus Pergama laxat,
Solus in excidium Trojæ dat Peleus arma.
Nec quivis par est magnos componere motus.
O! quo-

O! quoties Patriam, mærenti vidimus ore
Infregiſſe manus digitis, & talia ſecum,
Inter civiles, animo volviſſe ruinas:
Quo meus exceſſit, Princeps? quæ terra ſecundis
Numinibus fruitur? me tot patiente dolores?
Non ſic, fortè, gravis Lechicas affligeret urbes
Effuſis fortuna malis, ſi vulnera præſens
Mulceret, ſi Præſul opem mihi ferret egenti.
Illene! quid culpæ eſt? merui quo crimine tantū
Amiſiſſe decus? num quæ parere negavit
Aſpernata jugum regio? num Civis amare
Deſijt? aut mites populus contempſit habenas?
Illene? quid celſum potuit quaſſare Tyaram?
Quo, fatis, bello victam conceſſit arenam?
Cujus amica mihi circumportatur Imago;
Auro cælat Eques; ſuſtentant marmora Templi,
Privatæq; domus ſummo dignantur honore,
Effigiem, qvæ ſola poteſt relevare cadentes.
Illene? qui ſuperos terreſtres traxit in ædes;
Reddidit aſtra ſolo, cujus virtute peractum
Ut DEUS incoleret terras, hominesq; viciſſim
Cœlitibus ſimiles in Olympica regna mearent.
Quo ductore redit ſolijs Aſtræa relictis,
Cura probæ mentis, caſtigatiq; pudores,
Et pietas excepta aulis, moderataq; virtus,
Ille mihi rapitur! quod plus, velut exul oberrat!
Sic quoq; plebs omnis gemuit; ſic Curia luxit
Amiſſo niſi docta bono, quid Principis uſus,
Conſilium ſapiens, quid mens afferret honeſta.
Navigium populi, tumidis quod fluctuat undis
Non niſi, cùm Scythici divellunt lintea venti,

Cùm nigrâ ſpumat commotus bile Palæmon,
Nyſia ſaxa fremunt, cœloq; infunditur æquor:
Conqueritur, Typhis quod, qui flectere proram
In littus, tutoq; valet deponere portu,
Hic licet in placido Zephyris ludentibus æſtu,
Ignotus latuit, quovis tunc remige clavum,
Infirmâ moderante manu, dum plurima pax eſt.
Res eadem noſtras afflixerat undiq; terras,
Lechica barbaricis convulſa eſt fluctibus Argo,
Quæ Typhim Te ſerò vocat, dum Balthica cœlū
Texit hyems, & caſtra gelu torpentia frigent
In commune bonum; dum ſpes præcluſa ſereni,
Diſcordeſq; trahunt in ſumma pericula cauſæ
Sarmaticas mentes, fortuna eſt naufraga regni.
Extremis, Princeps, implorabaris ab oris;
Seu flavum Tyberim Tua tingeret aurea virtus,
Sêu procul Eòo radiabas Heſperus orbi,
Sêu Tarteſſiacas, Alcides jungere Gades
Sarmatiæ, Celtaſq; Lechis ſociare volebas,
Danubij, Rheniq; fretum Tua Fama moveret,
Sollicitâ prece Lechus adit, ſenſumq; requirit.
Sic quem Civilis ſubmovit ineptia belli
Extra dulce ſolum Patriæ, retro peſſima gentis
Conditio poſcit, quâ, denudante papyro
Exitium, Caſuſq; graves, in Regna vocaris,
Aut ſaltem tantis, ut mox occurrere damnis
Maturâ ratione velis, ſtatus urget uterq;
Nec Tua conſilijs prudentia defuit ulli,
Antidotum dat penna malis; prece, vota reponis,
Scriptis, ſcripta refers, ut & abſens omnia poſſis.
More Ducū, quos caſtra tenēt, aut mænia claudūt,
Atta-

Attamen in primis illorum jussa maniplis,
Et virtus transfusa viget, meruitq; trophæa.
Consilio Priami, metuendus dimicat Hector;
Sic licet in celso radiat sol axe remotus,
Primaq; distendit maculosam Cynthia frontem,
Opposuit Cytherea faces, is tertius ardet,
Ince tamen colles auro, proventibus agros,
Aspera diffuso reficit dumera calore.
Quis vim divinæ potuit cognoscere dextræ?
Aut medium quo cuncta regit, quo perstat ubiq;
Non tamen aspicitur; præsens, ubi creditur absēs.
Hæc Tibi cōmunis, Princeps, cum Numine virtus
Ut licet ad Thulen maneas, Alpesq; nivosas
Vel muris cinctus, vel circumstante coronâ
Militiæ septus, tamen in nos Indole fusâ
Dimanas, sentimus opem, viresq; potentes,
A calamo; palpat Lechicas Tua dextera clades,
Te necdum viso; Tu bellica signa, Ducesq;
Flectis, Olomuciâ quamvis tenearis in arce:
Nam vis consilij tacito conclavia sensu
Influit, eventu rerum fruitura secundo.
Facta palam, vix sana fuit; quod publicus urbi
Præco feret, non est magnis imitabile sceptris.
Clausæ nectar apes, & presso murmure condunt,
Vnde favis, melliq; favor quâ defluit imber
Et cava, vel nivibus, vel ventis claustra patescūt
Quid nisi ferrugo, nullos coalescit in usus?
Vir sapiens quâcunq; poli statione locetur
Ingenij dotes, patulo communicat orbi.
Plus doctæ procerum mentes, ratioq; triumphat
Quàm galeæ, vel crista capax; plus Palladis hastæ,

Quàm rudibus gladijs defensa provincia debet.
Romulus in cunis oppressam protinus urbem
E primâ spectasset humo, qui sangvine fratris
Rusticus invasor, necibus præluserat orbis,
Ni docti toga sacra Numæ, cunabula gentis
Tutiùs armasset, porrectâ lege Quirino.
Annibal, & Pæni Fabio cecidêre sedente.
Laurus quæq; viret Phæbo; Mavortia virtus
Palladio nutrita sinu, maturiùs ardet.
Gemmas concha rudis, radio imprægnante profundũ,
Aurum gleba parit, vel inertis flumina famæ;
Sæpe fuit genitrix adamanti Barbara rupes,
Consilij statuumq; viros non obvia Cæli
Progenerat virtus, non spes fœcunda parentum,
A superis mens docta fluit; Deus author habetur.
Jam videant, quid regna tenẽt? quibus astra
Insignes studijs proceres; his nobile gẽmis (dedêre
Imperij diadema nitet; præstantius auro
Palladium fuerat, Phrygiæq; decoribus artis,
Quod Troiæ flãmis, Danaos hinc, inde repellens
Anchisionides scapulis ardentibus effert,
Tutius est, quamvis hominum jactura sequatur,
Pharmaca, cum veteri regnis arcere Galeno,
Quàm gnaris legum Reges caruisse Ministris.
Id nos edocuit varijs fortuna ruinis,
Cùm sine Te, regnum crudelibus undiq; signis
Vidimus affligi, miseras stationibus urbes,
Consumi Dominam gentem, parere coactos
Externis proceres jussis, & libera vota
Imperium tolerare sagi; compressa tributis
Nobilitas, proprijs quod nunquã passa Monarchis

Solve-

Solvere, non ægrè Borealibus obtulit armis.
Sic ubi robuſtos validâ cervice juvencos
Vult ſub agreſte jugum levibus conſveſcere loris
Quinctius, excuſſo renuunt temone domari;
Sed poſtquam graviùs majori preſſit aratro,
Imperium tolerant; ſolis mugitibus omnis
Priſtina libertas, & pingvia paſcua flentur.
Conſilium tunc quiſq; Tuum, Tua vota popoſcit
Ut flexam Patriæ molem, lapſuraq; regna,
Suſtentare velis, & avitæ reddere formæ.
Feciſti, quod mundus amet; Tu ſigna regebas
Orbe ſedens alio; nihil abs Te curia recti,
Nil Bellona probi, nil geſſit Regia digni.
Præmittis ſenſum, ſolio quem littera defert,
Aut Tuus orator; quid agant, priùs ipſe reſolvis,
Quem feriant Equites, cui dicant prælia ſceptro;
Quis ſatis, O! Prĩceps narret, quæ cõbibat ætas?
Ingenij documenta Tui? quàm Lechica nuper
Cautus ſigna jubes hucuſq quieſcere caſtris,
Donec Rutheno cecidiſſet robore Svecus.
Ut ſic non noſtro Civilia bella cruore,
Sed Partho, Finnoq; forent conſumpta Gradivo.
Miratur Tua geſta Senon, veneratur Iberus,
Svecia formidat, certamina Ruſſica laudant,
Sarmata noſter amat, quotieſq; recogitat illos,
Qui libertatem ſervarunt gentis amores?
Quantus in auxilium Patriæ Tibi creverit ardor?
Quantus apud Reges, Lechicis ſuccurrere rebus
Ex Te prodibat ſtimulus? quâ mente ruinas
Sarmatiæ tuleras? toto ſe jure fatetur
Conſilijsupereſse Tuis, optatq; per omnes,
Ire Tuum Nomen, ſemper celebrabile, terras

SENATOR CIVILIS

INter Sarmatici ſpectacula digna Senatûs
Emeritam primus, radioſâ luce Curulim
Implet & Auguſto, Princeps, à Rege Secundus
Cum trabeis, ſceptriſq; ſimul confinia ponit,
Infra Regnantis ſolij venerabile culmen,
Sed Procerum capita alta ſuper,faſceſq; locatus
Ut ſic, & ſacrâ de Majeſtate rigorem.
Et de Civili retineret pectore laudem,
Manſvetus, pariterq; gravis; commendat utrûq;
Debita temperies; in idem conclave regentis
Majeſtas, & amor, raro concurrit honore.
Ut ſolet hybernas calidum lenire pruinas
Ver, ubi Colchiaci ſol aurum velleris intrat,
Aut quoties juſtæ Phœbus ſua ſidera libræ
Exæquanda dedit, mediocri gratior igne,
Sic placidæ, rigidæq; pari moderamine dotes,
Principis in corpus manant, ut utroq; beatum
Munere præſentent orbi, gentiq; Polonæ.
Rara cataphractos, inter, clementia faſces:
Induit adſtantis naturam Curia ferri,
Et lictoritiæ mitem pepulêre ſecures
Conſulibus mentem; quaſi ſumpto murice regni
Tarquinium ſtatuat lex quemlibet eſſe Superbum.
Jlle ſuos infra titulos, altumq; Tyaram
Abijcit ætheream frontem; faſtidit honores

Qui

Qui mutant animum, clementi ſedulus ore.
Cùm verò Patrijs adhibens ſolatia damnis,
Occupat in gremio Procerum ſpectabile culmē,
Cùm ſedet ad ſolium Princeps! & flumine ſvadæ
Tullius attonitas Equitum perlabitur aures!
Cùm dulci Lechiæ pro libertate perorat!
Cùm bonus Interpres legum,quod cōmoda gētis
Quod ſua concernit diſperſas templa per urbes,
Quod privata domus, vel ſors cujusq; coloni
Poſtulat, aut miſeræ commercia lubrica plebis,
Explicat! & ſummo defendit cuncta favore!
Quæ tunc verborū gravitas? quæ gratia lingvæ?
Absq; metu divum Calaſantia Muſa Senatum,
Jam cauſæ ſecura tuæ, juriſq; vetuſti,
Attentare potes, cùm te protexerit ille,
Svavis, & effuſi vultûs, mentiſq; ſerenæ,
Civilis Princeps genij, quo Judice tuta es.
Intra purpureas ædes, accede curulim,
Atq; retrò ſtans, multa roga: plerumq; ſuſurra
Æmula quid Pallas ſtudijs molitur apertis.
Nūquid idē clauſtrū, vel adeſæ anguſtia petræ?
Claudet,apum,gemino ſciſſas examine turmas?
Quodſi contigerit fieri, quæ comoda mellis?
Miſtis agminibus, volucrûm cùm dulce parentū
Impedietur opus? nec habent tot paſcua flores,
Unde gravent auctas digeſto nectare cellas.
Hæc pia Muſa refer, quōdſi clementer habebit,
Dic quoq; perpetuo nos ut tueatur amore,
Et largam promittat opem, ſtudiumq; ſecundet.
Da veniā,Princeps, nimio quod nitimur auſu.
Blanda Tui vultûs acies, Tua purpura clemens,
Pronior

Pronior in tenues oculus, mens dedita recto,
Et manus, & pectus populari flexile damno,
Excellens pietas tantum nos fidere jussit.
Quis sibi tam parvâ sterilescere sorte videtur?
Quis sic abjecto privatus limine vivit?
Semper egens, oculisq; ferè contemptus honestis;
Quem sub plebejo claudit spes infima tecto,
Aût gravior fortuna premit? cui divite nolis
Succurrisse freto, quem non pretiosior auri
Offudit nimbus, vel apertæ grando crumenæ!
Quem non ipse voces, metuit si fortè rogare?
Ipse vel ex tristi vultu, vel paupere noscens
Afflictos habitu, profusæ munere dextræ
Anticipas, cohibesq; preces: mendica favoris,
Nobilitas plus semper habet, cui sangvis avorũ
Floruit, at grandes sortem pressêre ruinæ;
Plus, quos ex acie commendat clara cicatrix,
Sed vice Bellonæ solitâ, spoliantur ab hoste,
Inter Alanorum, vel Svetica prælia capti.
At quoties miseras tractaret Curia causas,
Sive bonum tutor malè pupillare ministrans,
Seu fraudans viduas, ad jus, & lucra vocetur;
Oppressæ quoties discommoda publica plebis,
Aût onus impositum gravius, quàm Civica ferre
Conditio posset, vestrum petiêre Senatum,
Primus opem præstare cupis; reticẽte Patrono,
Inveheris primus; felix Te Judice, causa.
Dumq; solent alios grandes inflare Curules;
Cum titulis animum cristata superbia tollit,
Vt, quæ patritiæ gentis, super agmina surgunt,
Despexisse velint; obliquo lumine Civis;
Attractâ

Attractâ nisi fronte miser spectatur egenus.
Tu, quo majori titulo, censuq; coruscas,
Quo Tibi splendidius trebeatis Regia flammis
Accendit Nomen, summoq; extollit honore,
Flectis, eò Divam magis in suffragia mentem,
Et Te commisces populo, tribuisq;, quod optat.
Quis plus præstiterit Patriæ? quis latiùs orbi
Sarmatico fulvis nummi diffunditur undis?
Quis minùs acceptat pronum decumbere vulgus
In faciem, prensare pedes, & lambere plantas?
Laudibus attolli, lingvâ palpante rogari?
Spernis hyperbolicas voces, svadæq; cothurnos,
Et tumidũ per rostra melos; placet ille cha-
Elogij, qui gesta notat, quæ vidimus acta, (racter
Qui res, ut fuerant, nudo promulgat honore,
Non stibium, variosq; refert à Pallade flores.
Quamvis nulla potest, ita laus sublimis haberi,
Aut præter, cantata, fidem, nil cultiùs addi
Elogio, quàm pulchra Tuæ nitet Area famæ,
Et Virtus prægressa altum, sibi præstat, acumen.
Quod superat laudes, jam par est dicere de Te,
Exæquas quodcunq; decus, speciemq; troporum,
Qui translata alijs, Tibi propria verba recẽsent.
Attamen & veras suffusa modestia laudes,
Excusat; satis esse putas bona præla mereri,
Et leges calamo claris præscribere factis.
Omne Tibi tempus regni consumitur usu,
Omnis in auxilio populi perlabitur annus.
Te surgens Titan, Te vidit in æquore mersus,
Æmula Te fratris Phæbè spectavit ab axe,
Intentum Patriæ curis, fastosq; legentem.

Vir

Vix aliquod vitæ ſpatium Tibi deligis ipſi,
Sed noctes, totiq; dies, & adultior ætas,
Civibus, & ſceptro, ſtudijs offertur & aris.
Nempè *lacertoſi cœlo generantur Atlantes,*
Non ſibi, robuſtâ ſuperos cervi.e ferentes;
Alcidam monſtris, & iniquo Juppiter orbi
Obtulit in pænas, non ut ſe perderet OEtâ.
Nati conſilio Proceres, & dotibus altis.
Non arvis, patriovè lari, ſed vivere mundi
Obſequijs, debent; in propria commoda Cives
Educat Imperium; perdit, qui luxibus annos
Non Patriæ, populiq; bono, non legibus offert;
Amittit vitam, qui non impendit amicis.
Tu nihil o! Princeps, de tot Tibi cedere l-
Nil vis diminui privato munere vitæ, (ſtr.
Sed totas patrio vires impendis honori;
Totas ſubſidio gentis; quodcunq; trahebant
In nos fata malum, quod Averni fudit Erynni
In Te convertis; Tua nos fortuna tuetur.
Aſt omnes, hæc palma præit; par Herculis arn
Cùm Tua creſcentem virtus compeſcuit hydra
Multiplicis belli; ſcimus ratione peractum
Eſſe Tuâ, quod victor ovet per mænia Lechu
Quod bona libertas veteri ſe limitet arte,
Quod nos depoſitis formidet Svecia ſignis,
Immeritiq; fretum Finni: quod Lappo cruenti
Sarmaticum poſthac metuat tentare Gradivum
Nec ſudet Gothicâ noſter ſub falce Senator,
Aut captivus Eques Cimbris incumbat aratris;
Quod vaga Mæotis Ruſſas non undet in urbes
Et fugiens Scytha, paſcat eqvos, ceſsātibus armi
Quod

Quod nos barbaricis non ampliùs impetit hastis
Calmucus, Astrachaniq; Duces: Tibi Patria debet
Tu tot inundatam populis componis arenam..
Hoc tamē adscribi non vis Tibi, maxime Princeps,
Et meritas, ut opinor, eo sub Nomine laudes,
Non nisi purpureo perfundens ora pudore,
Suscipies, contentus opem fecisse Polono.
Nam Tibi sic magnos humilis submissio sensus,
Sic frontis componit ebur, sic apta Tiaræ,
Principibusq; Mitris sedat fastigia Virtus,
Ut si congenito divina modestia vultu,
Effigianda foret, labor attentandus Apelli,
Hinc Pictoritiæ formam deduceret arti,
Exemplar Tua gesta darent, faciesq; modesta.
Quid reliquas animi dotes? Tua lumina, dicam?
Quid tot virtutum species? hinc quælibet ortum
A Te primævos habitus cæpisse videntur,
Et Tua perpetuam figunt sibi pectora sedem.
Si Polycletæi solers industria cœli,
Sêu Divæ Themidos, sêu justi consulis ora,
In Sypilò vivâ cælaret imagine Saxo,
Ausonijs donanda tholis, legiq; Quirinæ,
Ex Te justitiæ normam, benè sumeret uno;
Est Tua Cretæis potior Sententia jussis;
Romanus Cato, nosset adhuc, quod disceret à Te,
Sêu Tua plectendos exercet Curia cives,
Sêu quid majus agat Lechici tutela Senatûs
Erraret decepta pari pupilla colore,
Si Themidē Tibi stare penes contingeret unquā.
Ut verò rigidum meruit Te noxa Catonem,

Sic facilis flecti, laxat Clementia frontem;
Te Capitolino præstat Jove, lenius uti
Sideribus; Tibi flamma poli jucundior ardet;
Sub veteri quæcunq; typo spectatur imago
Clementis Domini, rigidam nimis esse fatemur,
Te penes, ac innube jubar, faciemq; serenam.
Unde, quod Augusto dederat, jam corrigat aurũ
Roma novis animans nummos, & stẽmata prælis
SZEMBEKIO sculpi voluit Clementia vultu;
Sed gravius jam crescit opus; fert pagina litem,
Imò ferè pugnam; de Te certare videmus
Virtutes; cumulare suis Te quælibet astris,
Quælibet ore Tuo volet inter Numina pingi;
Temperiem servas? mota est pietatis arena.
Evicit pietas? contendit juribus æquum;
Astræam recipis? queritur vigilantia sperni,
Et tali propè voce dolet: cur invida nobis,
Dulcem sola tibi pergis subducere vultum?
Qui plures recreat communi sidere terras;
Virtutes animi, par est, ut deferat omnes.
Partiri sua dona volunt superiq; Ducesq;
Non uno captiva sinu, sine fænore condi.
Quod summũ,res nulla capit; spectatur Olympus
Thracibus & Macetis, ac longã porrigit umbrã
Illyricæ Thetidi, nec certo limite stringi
Moles vasta potest, cujus fastigia quævis
Aspiciunt gentes, oculis intrantibus astra
Quo vergit porrectus apex; cur Principe tanto
Ipsa Themis gaudet? qui multis sufficit aris?
Cur ego posthabeor? quæ tot pallescere noctes
Ad fastos, toties insomnia lumina vidi?

Suſpenſos tenui curarum pondere ſenſus,
Regnorum, Templiq; decus ſub pectore fovi.
Æquali nos lege tenet, cur gloria diſpar?
Cur omnes magni non ſculpimur ore Miniſtri?
Aût ſaltim quævis aliquid de Principe portet.
Mitem blanda ſibi faciem Clementia ſumat;
Tu frontem divine pudor de jure repoſces;
Sanctus amor, cor molle ferat, patientia pectus,
Os doctrina ſacrum, repetat prudentia mentem.
Sidera pupillæ, ſubmiſſa modeſtia geſtet,
Præſuleæq; manus ſignabunt mille labores,
Sic aliæ; cunctis Princeps ſe dividat unus.
Talibus inſtabat mærens vigilantia verbis.
Sedabis bellum, Princeps, meritoſq; dolores,
Cùm Te diſtribues Virtutibus omnibus æquè;
Hoc eſt, plura alijs, ipſo Jove plura valere,
Quē ſua ſtella notat; nam Phæbi Juppiter igne,
Nec Sol igne Jovis, par eſt lucere Planetis,
At Tua, nil unquam, Princeps, ita limitat aſtra,
Quo minùs arbitrio ſtaret, Te poſſe, quod optas,
Quod ſidus magis eſſe velis: hinc omnibus unus
Sufficis, & quævis intrat Tua pectora Virtus,
Effigieq; Tuâ pingi, vel Nomine ſcribi
Inconfuſa poteſt; quævis Te Principe gaudet.
Si probitas veniat? certa es probitatis Idea
Candida mens ſpeciē poſcet? Candoris Imago es.
Caſtus lemma pudor quæret? Roſa, lēma pudoris
Cura pij veneranda gregis, ſine felle poteſtas,
Paſtoralis amor, ſanctæ commercia vitæ,
Exemplar morum, pietas & prodiga virtus
A Te collectis in nos ſplendoribus undant.

Nec

Nec quidquam mediocre Tibi; luctatur in augẽ
Perfecti decoris, summæq; cacumina laudis, (tus
Quidquid agis; quæcũq; Tua est, præit omnia vir-
Culmina, supremosq; sibi maturat honores.
Sic non præsuleæ tantùm sublimia sedis
Dona refers, primamq; Tibi dant regna curulim
Sed probitas etiam quovis Tua sidere major.
Certant purpurei titulis & munere fasces,
Ut Tibi par pretium, summis virtutibus æqvos
Ferre queant census, operosæ debita fronti
Præmia, nec tantos possunt æquare decores;
Plus semper meruit, quam percipit ardua Virtus
Ut, si mensuram recti fortuna replere
Ac justâ dotes ambiret tollere lance,
Omnia deberet fastigia jungere mundi,
Et nondum par esset honor, sic cresceis in altum,
Sic Tua sideribus, Princeps, se gloria miscet.
Typhæũ, quis vincat apex? quæ mẽbra Phlegræã
Exæquent molem? vastæq; decempeda sylvæ?
Inferius Te summa cadunt; Tuus eminet axis,
Fortunam, fascesq; supra, ne grandior umbra
Te premat adversæ molis; qui lumine magno
Offundis populos, & Phæbi more calentis,
Ad plantas, quævis umbratica nomina pellis;
Huc quoq; Pieriæ manat nigra sepia pennæ,
Et Calasantinum, velut umbram, deijcit agmen.
Ante pedes Dux celse Tuos. Radiosus Apollo
Deponit capitis flammam, satis esse professus,
Si Tua laurigerâ tangat vestigia fronte,
Amittatq; suam, minor, ad Tua sidera lucem.
An nos despicies? oberit nox Attica laudi?
Oscuras

Obſcurat faſces pullo Pia Pallas amictu? (tur
Novimus,ut Phæbũ ſemper comes umbra ſequa-
Collibus excelſis, nox infra ponitur atra,
Quercus alit tenebras, jactis in jugera ramis;
Quidni ſidereæ dotes, & clara Curulis
Nos Tibi vicino ſterni patiatur honore?
Quidni permittas Dominas contingere plantas,
Atq; Tuis noſtrum manibus ſubrepere carmen?
Quamvis tot meritis, & Gneſnæ faſcibus impar,
A Te lumẽ habet,quodcũq; eſt, pagina, Princeps
Sub titulo ſecura Tuo, Calaſañtia Muſa;
Sufficeres metris, ſi grandes ſcribere faſtos
Eſſet amor, prælíq; modus, rerumq; facultas.
Quot mundi memores tot Avita Palatia pennas,
SZEMBEKII Proceres, magni meruêre Parẽtes!
Quos acies, quos bella canunt,quib⁹ obruta ferro
Ad plantas Bellona cadit; Rhodopæja fractis
Ordinibus fugiunt victores agmina notos,
Qui res Imperij merito tenuere favore;
Conſilijs, & lege graves; quos Aula Metellis,
Mars Zopyro, vacuis reſpectu Regia Brutis,
Quos probitas Curijs juſto præponit honore.
Si mihi jus ſuperûm daret, immortalia noſſe
Patritiæ monumenta Domûs tectaſq; trecentis
Baſſarabum ſertis intrò ſpectare columnas!
Quæ vetus æterno conſervat fama nitore;
Quas ego tunc laurus, quot prælia dicere poſſem!
Quot claros Mavorte viros! quot parta trophæa
Quantos ſudores! quot apertæ vulnera frontis!
Multum Sceptra ſago, multum debere fatemur
Illorum clypeis! ipſum, ſat, Nomen in hoſtes

Auxiliare fuit, quoties decernere ferro,
Undantes cohibere globos, Mæotidis arma,
Noxia limitibus quoties examina Thracum,
Pellere debuerant Reges ; seu cominùs hostem
Aggressi, medias interrupêre cohortes,
Sêu profugum signis placuit tenuisse Gradivum,
Totaq; se solis Otomanni castra tyranni
In turpem vertisse fugam, calet ardua virtus,
Et pulchras Ducibus palmas insternit ubiq;
Ipsa avidos lethi fertur Bellona lacertos
Protexisse suâ, quâ texerat ægide Martem.
Ipsa sagittiferam procul amovisse procellam,
Ne temerè peccasset atrox in Numina telum.
Repressus gladio, quivis malè sobrius auri
Helluo, Sarmaticos voluit qui tollere census.
Illorum sunt castra manus, sunt pectora muri.
Hæc ævi simulacra notant; simul inclyta Regum
Munera, tergeminos cùm crebro Consule fasces,
Tot trabeas, titulosq; Patrum, tot præmia signat,
SZEMBEKIUS quibus arsit honor prout, æthere sudo
Innumeras radiare faces, majoraq; Phœbes
Cornua quæ geminum saturant influxibus orbē,
Aspicimus; cuivis distincta est flamma Planetæ.
Sic Proavis, Atavisq; nitet, Domus æmula cœlo.
SZEMBEKIDUM, quosdā matura negotia regni
Et vetus accendit studium, laudesq; Senatûs,
Egregijs quosdam commendat purpura gestis,
Et constans in sceptra fides; hos Martia virtus,
Illos Palladiæ dotes, & Flora diserti
Oris, in hæredes transfert sine funere fastos.

Omnes

Omnes vel Patriæ Patres, vel lumina gentis.
Tercentum Fabios nolim mihi Daunia jactet,
Lechia SZEMBEKIJS floret ter mille trophæis.
Singula deberent induci Nomina prælo,
Attamen exhaustus soli Tibi sudat Apollo;
Materies satis ampla pates; Tua purpura totum
Vestit opus; nec enim cunctos hæc pagina ferret
Stricta Viros; & Avita simul lux juncta, minores
Obrueret Musas; partiri flumina laudum
Nolumus in latices, mare continet omnia vastũ.
Tu nostris PRINCEPS, offers compendia votis,
Et Tibi manabit, pronunc honor integer uni.
Si tenuis sudor meritis expressus Avorum,
Sideribusq; Tuis, & celsi Nominis æstu
Est dicendus honor: quid enim vel sepia vilis
Sangvinis affundet pelago? vel Delphica laurus
Principibus Mytris? calamus, quid fascibus addet
Deficit, & veniam sperans, Te phœbus adorat.

TER CORONATUM
CAPUT
DEO, PATRIÆ, ECCLESIÆ.
Ad ternas Aras: Salutis, Minervæ, Gradivi
IMMOLATUM,
CELSISSIMI PRINCIPIS
Illustrissimi, Excellentissimi, ac Reverendissimi Dni
D. CASIMIRI
De ŁUBNA
ŁUBIENSKI
DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ
EPISCOPI CRACOVIEN: DUCIS SEVERIÆ,
ORBE CORONARUM
Terno, & Æterno
ILLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI
CAPITULI CATHEDRALIS,
REDIMITUM.
Inter publicos Diœcesis applausus
Ad Synodalem congressum vocatæ,
Lauro Poëticâ
ADORNATUM & ADORATUM
Anno Septingentesimo Undecimo supra Millesimum.
Die 6ta Octobris.

ENCOMIUM
Celsissimi POMIAN.

I.

Non solus studio Cæsar Pugnabit utroq;
  Bellica dum calamis sustinet arma suis.
ŁUBIENIUS gemino felix certamine POMIAN
  Hinc Gladium Regnis commodat, inde Caput.

II.

In belli pacisq; Domo generosior *Vrus*
  Felices Oleas, signaq; Martis alit.
Dum res Sarmatiæ bellacibus utitur armis,
  Et Caput, & fortes instruit ense Manus.
Vaginæ Caput instar habet, quo conditur Ensis,
  Dum Pax tranquillis excutit arma Lechis.

CELSISSIMO PRINCIPI

Devota Carminis Conſecratio.

QUod Tua purpureas, PRINCEPS Celſiſſime, laudes
Muſa ferat, non Nos, Author es ipſe Tibi.
Quidquid enim cecinit, cecinit dictamine famæ,
Omne Tuâ, quod ames, fluxit ab arce decus.
Vis Tua verborum ſpirat, Tua geſta loqvuntur,
Solus erat nobis compoſuiſſe labor;
Sed, quod ad excelſum non eſt par cura Tiaram,
Hic venit ex noſtra debilitate pudor.
Non eſt Dalmatici vitium natale metalli,
Id quod agens, opifex erret in arte, manus.
Nunquid Erythræas notat hæc injuria gemmas,
Quod, non ex recta lege, monile venit?
Materies igitur numeris patet omnibus apta,
Sed temerat meritas inſcia Muſa vices.
Nil erat augendum, ſed in illo quæq; colore
Munera debuerant, ut facis ipſe, dari.
Tunc benè ceſſiſſet noſtræ facundia pennæ,
Siſtere congenitas ſi potuiſſet opes.
Gratior Idalios ſua veſtit purpura flores,
Quàm quæ puniceo murice picta fuit.

Non ita Pactolo, virides aurata racemos,
Quàm proprio ſapuit, nobilis uva mero.
Quidquid id eſt, noſtræ quod poſſent addere Muſa
Non plus, ac Siculo gutta recepta ſalo.
Ingenio felix, Heliconia ſerta coërces,
Fertiliùs nulli laurea ſacra viret.
Si daret hæc ætas Salamini pignus Homeri,
Inferior doctâ ſerperet ille lyrâ.
Si Lechicas exul peteret modò Tullius oras,
Impar conſilijs eſſet & iſte Tuis.
Irrueret præceps mentis Sophus ima profundæ,
Ex Euripæis fortè reverſus aquis.
Ipſe Syracuſius, fabricato ponere cælo,
Optaret ſolem Te Geometra ſuum.
Talis es, & tantis radiat Tua gloria donis!
Quid Tibi nobiliùs pagina noſtra feret?
Littus arenoſum ſterili quis adauget arenâ?
Aût Erimanthæum fronde recente nemus?
Da veniam PRINCEPS; ſtudijs audacia crevit;
Munus enim doctum, doctior ipſe, colis;
Et licet Aonio nullus, de fonte bibiſse
Plus poterat, ſacram nemo ferire Chelyn;
Quod tamen ipſe potes, varios metiris ad æſtus,
Ex herbis Hyblicæ mel legis, inſtar apis.
Hic, quod ames nil eſt, niſi Te pro nectare geſtet,
Obrepens noſtri vilior herba ſtyli;
Non Te nos gracili laudum comprēdimus amne,
Tu, ſed opus meritis obruis omne Tuis.
Quod ſi contingat, leviores poſſe labores,
Ardua quos defert Muſa, placere Tibi!
Si legat & laudet depreſſa carmina laurûs,

Os cælefte Tuum, quas meruêre notas?
Quæ fibi prætendent victuri nominis aftra?
Illo laudari, quo tonat ore Deus?
A quo Sarmaticæ gentes, & purpura quævis,
Ac bellatorum pendet arena Ducum.
Hoc jam Calliope fecurior omine laudis,
Ingreditur celfos officiofa Lares.
Dumq; filens ftabit, vultuq; ftatuq; modefto,
Annue, purpureos ut cadat ante pedes.

Ad votum

Celfiffimæ Jlluftriffimæ & Reverendiffimæ Dominationi Veftræ,

Obligatiffimi
J. D.

CORONA
CAPITIS
Immolati DEO

CÆleſtes animos, Sāctæ conclavia mētis,
Auguſtam ſuperum requiem, cæloque propinquum
Verticis accenſi lumen, quod grandi
Intellectus agit fœcundo ſidere terras, (in omne
Et Princeps ratio ſolijs, impreſſa poliſq;
Diſtribuit gemino, non impare lance, Trioni;
Unde meant fuſæ cultiſſima flumina ſvadæ,
Conſilij vis magna fluit, fluit ignea Virtus,
Pontificale caput, vittis inſigne mitriſq;
Tangere nulla tuis audet par gloria votis;
Nulla tuos æquat PRINCEPS Celſiſſime, ſenſus
Qualibus utar ego ſtudijs? quo fomite Delphi?
Ut tantas animi poſſim contingere dotes?
Quid de Te dicam? quod non excreſcat adulti
Officium calami? quod non ſuper otia Muſæ
Inferioris eat? *virtus ſublimior omni*
Inter ſidereas vibratur acumine flammas,
Quam Deus ipſe parit; nam pars eſt gratia quadi
Naturæ ſuperûm, cuì virtus ſidera debet
Ablactata polo; quis aquas, commiſcuit igni?
Atræis, rutilam lucem, quis junxerit umbris?
Idalio ſpeciem, corvus, ſuperaddere Cygno,

Atq;

Atq; nivi fæx atra poteſt? quibus Attica Pallas
Virtutem meritis, non defæcata, coronet?
Mortalisnè feret labor, immortale ſerenum!
Quo nos, Te, calami niſu, quo mentis honore,
Credimus ornari? vilis Tibi ſæpia pennæ eſt,
Et quævis phaleræ, Tua demere ſerta videntur,
Exuperat laudes nudo ſapientia cultu.
Ut ſuper Æolios Atlantica Culmina ventos,
Et quidquid pluitur, quidquid parit uvidus æther
Ultra, proſpiciunt nubes, intrantq; ſub axem;
Sic Tua Cecropios ſupra, Latioſq; calores,
Eloquium quodvis ſupra, nitet inclyta virtus;
Stelligeras ingreſſa domos, Aulamq; Tonantis.
Nil æquale Tibi; quodſi me tangere fingam
Immenſos apices laudum, ſi mentis acumen?
Quas Orbis, populiq; notas, riſumq; merebor?
Anguſtis aliquot chartis, ſi ſtringere ſperem,
Majorem regnis animum cui Lechica prorſus
Arctos vaſta minor, magnis vix clauditur aſtris.
Ortus, & occaſus ſolis, diviſaq; mundi
Machina, per centum gentes, quas Africa nutrit,
Quas Aſiæ colles, Europæiq; receſſus,
Americæq; ſinus: chartæ breviore teneri
Margine deberent omnes, prælumq; ſubire,
Si Tua complecti ſparſæ compendia famæ,
Si Te, pro modulo, vellemus dicere, mentis,
Parvus enim, meritis limes ſoret ille Tiaris,
Quem præſtant oculi, pupillaq; lubrica vulgi,
Dum ſpectant, laudantq; probæ certamina vitæ,
Si non innumeras deportaretur ad aures
Fama volans, partuq; ſui ſatiaret honoris,

Extre-

Extremos homines. Virtus sibi subjugat orbem.
Exporrecta bonæ victuro munere laudis,
Sol, nisi virtutem puri, speciemq; caloris,
In se sumptus habet: quod in omni fervidus orbe
Æstuet, ac gelidas torrenti sidere terras
Effusus recreet, radijs hinc, inde vaganti
Lumine dispersis debet: quos terra refringit,
Et fractis auram succendit, provida flammis.
Sic plus auris opũ, quam confert palpebra famæ,
Quando repercussis disseminat acta triumphis.
Sic reor esse Tuum, PRINCEPS Celsissime mũdũ
Quem gestis, famâq; tenes; præsentia gaudent,
Lumina Sarmatiæ, gemino quæ, littore vastæ
Balthidis, Euxiniq; freti, sua jura refrænant.
Gaudet regnator populus, Tua cernere facta,
Consilijsq; regi; gravidantur marmora, cedri,
Atq; frequens aurum, picturatiq; tapetes,
Opplentur fasti meritis, serieq; laborum,
Vultibus impressis fulgent; mollescere visa
Quæq; metalla, Tibi, speciem quo firmiùs oris
Susciperent, opifexq; manus præcurrere sensit
Materiam, dum quæq; Tuæ studet æmula formæ
Mirantur cives pacatæ sidera mentis,
Inter tot pluvias, tempestatemq; malorum;
Maturos sensus, decoctaq; verba tremiscunt,
In quos advertis; Frons est, Tibi feria semper,
Est tamen & placido simul exporrecta sereno.
Nil legimus magnum, nisi quod vis blanda tuetur.
Ingentes animos clemens attemperat astrum,
Diffunditq; boni radios; quibus amplius aurum est.
Sed mens deterior, fastu graviore laborant.

Ignavi

Ignavi latices querulofo murmure clangunt
Quæ per faxa cadunt; altiſſima flumina quæq;
Langventi, minimoq; ſono labuntur, & undant.
Tu, quo ſplendidior radias, quo clariùs ardes,
Hoc demiſſa magis, pronæq; modeſtia lucis,
Condit purpureos faſces, dominumq; Tiaram.
Affatu miſeros facili dignaris, opemq;
Ipſe manu propriâ, miti ſermone profundis.
Omnibus indulges animum, mentemq; paratam
Nutibus afflictæ toties ſuccurrere plebis,
Munifico quoties voluit torrente foveri.
Quam ſuaves oris Charites! quo nectare morum
Eſt offuſa Tuis exercita Curia ſacris!
Quàm dulcis ſvadentis honor! vix dicere fas eſt,
Hoc, quod Principibus mitris eſt rariùs, in Te
Pulchriùs effulget; ſunt hæc miracula quædam
Pontificis vitæ, quæ non communis adæquat,
Magna licet virtus; *omnes propè poſſe nocere,*
Omnes nos tumido faſtum ſpirare rigore,
Res docet; & multo procul ebria ſangvine tellus;
At qui munificus, qui ſit ſine bile Tyranni,
Svavis & Auguſtus pariter, rariſſima phænix.
Rex leo, temporibus longis, formidine cautâ,
Incluſus caveæ, dextra mulcente Magiſtri
Fit cicur, hunc modico ſtimulat vetus ira cruore
In rabiem, criſpatq; jubas, & ſuggerit ungves,
Eſſe feram natura docet: componimur arte
In ſvaves habitus, quos excutit ardua cervix.
Non hæc alta Tibi mens eſt; ſine fellis acore
Innatâ bonitate viges, quâ ſemper eâdem
Cernentis populi fruitur ſatiata voluptas;

Aſſiduâ

Affiduâ gaudes auri, gemmæq; procellâ
In quosvis superûm cultus & templa pluisse,
Quasvis imbre manus pretiosæ sortis inundas.
Nam quod opũ cumulis, altaria splendida turgẽt,
Quod tot muneribus, Cives, Clerusq; receptis
Pæne fatigatur, Tuus est, qui depluit imber,
Munifici pia signa Ducis, Te sacra loquuntur
Marmora, sublimesq; tholi, divesq; supellex
Authorẽ, Numenq; suum, Tua munera sunt hæc,
Quolibet es PRINCEPS terræ fæcundior usu;
Nam licet Hesperij sylvis gemmantibus horti
Dulce ferunt pretium; brumali tempore cessant:
Maturumq; semel, tantùm, decerpitur aurum;
Nescio quàm pingvis fœcundaq; gleba petatur
Unius æstatis geminâ vix messe tumebit.
Triptolemi bene culta semel nisi flavet Eleusis;
Autumnus dat poma semel, collesq; Falernos
Unica decoctis recreat vindemia botris.
At tua perpetuis vernat clementia donis,
Æternâ propè messe cales, nec deficis unquam.
Gratia quæq; prior trahit, instauratq; sequentem
Hybernos etiam soles Tua sustinet æstas,
Frugiferæ largæq; manûs seu defluis auro,
Sive Ceres vacuat plenos argentea culmos.
Quid fructus, quibus alma tument altaria, dicã?
Quos jacis in populũ varias quos spargis in Urbes
Exemplo svadâq; potens? quâ lege coërces
Hæreticos sentes fideiq; novalia plantas?
Russia, quàm frugi cælo, Te Præsule facta,
Cùm Tibi Chełmensis submisit colla, Tiaras,
Rupicolæ, quàm mite, truces hausêre Falernum
Nectaris

Nectarisætherei? qualis vindemia Cleri
Vaveli legitur clivis, ubi Cracius orbis
Pontificis fert jura sui; Tibi terra Scepusî;
Et quæ nunc radiant cælestibus ignibus Aræ
Tēplaq; jam debent, quod nostris cura Ministris
Cessit & Hæreticum non vastat Mænia ferrum.
O quam fructiferis Christi pia vinea sylvis!
Principe sub tanto non deprædata virebit
Quàm pretiosa seges cultos Tibi vestiet agros!
Cùm procul hinc lappas & adultera semina falsæ
Arcebis fidei, quæ jam tot Regna Thronosq;
Ubere sectarum satis infecêre cicutâ.
Id tamen insigni, Princeps, dulcedine lingvæ
Non gladio, seu falce paras; *vis apta morarum*
Præcipites frangit. duros patientia mollit.
Munera straverunt validos, cessêre minaci
Imperio timidi; sic, quod violentior ignis
Perderet, armatæq; manus, clementia servat,
Et mora dissimulans vitium, quod sæpe videtur
Crudius esse recens; celeris rigor obfuit iræ;
Et quævis hominum, puto, festinatio cæca est.
Cunctator Fabius melior, quia clariùs omne
Perspicit, & certo demum discrimine plectit
Exitiale malum. Viridi dum surgit in herba,
Felicem glebam resecabile gramen adeptum,
Vix inter tenues Cereris dignoscitur ortus,
Quòd patiens tolerat, suspensâ falce colonus,
Et permittit ali, quamvis lac pingvius agri
Hauriat, optatæ ne lædat germina frugis.
Hoc Tua Pontificis præstat sapientia curæ,
Lentus, & impetui parcens, in crimina sævis;

Ardes, absq; rogo, quem perfida turba meretur.
Ostendis, non tingis atrox in sangvine ferrum.
Judicium, non mulcta placet; legesq; severas,
Fulgura, non fulmen, lances, non lancea servant.
Vaginæ Caput instar habes, quod sustinet ensem,
Et condit, quoties utendum est vindice ferro.
Quod ratio, non quod svadet gravis ira, probatur.
Hinc Tibi tot laudes populi, tot marmora ponũt
Quot servas, reddisq; polo sine sangvine mentes:
Victima servatæ, PRINCEPS, ac

ARA SALUTIS

INcido marmor grande, perennibus
Gestis notandum, quod super, hostias
Ter mille regnorum, Sacerdos
Instituat Tibi gratitudo.
Non hic cruentâ cæde bidentium,
Non sumptuosa sangvine victima
Litatur, id vulgi macellis,
Et rudibus, nisi, servit aris.
Ignava tabo Numina sordeant,
Quæ mugienti de pecudum grege
Vix separari, contrahiq;
In Tyrios voluêre tauros.
Hîc ipse sacris colla securibus
Submittat igni Juppiter abstinens;
Nivalis Hæmi, Tauricæq;
Hîc Dominus; jaculoq; certa

Soror Gradivi, quidquid Eryx colit
Samosq́; duram sentiat asciam
Dum fracta jam cervix perempta
Hæreseos truculenta nutat.
At nostra laurus Principibus Mitris
Annexa, lætis frondibus induet
Aram coronarum capacem
ŁVBIENIÆ pia serta frontis,
Cruoris expers dextera gratiùs,
Quam quæ jugosas pasta per ilices
Armenta suffocat, beatis
Cælitibus manus immolabit.
Hæc Tibi devotæ ponit reverentia plebis,
Immemores alitura dies, in marmore fixo.
Admista est pietas, sertis; ita fana triumphas
Hæreseos, majora Tuis ut lumina gestis,
Exemploq́; ferant: satis aspexisse sedentem,
Is de fronte pudor spirat, de pectore candor,
Hæc morum grávitas, permistaq́; gratia verbis,
Majestas oris summo protecta decore,
Circumfusus hònor placidi dulcedine vultûs,
Ut Superûm probitas in Te descripta legatur.
Non sic Pieriam res musica temperat artem,
Cùm variâ certare placet, sub Apolline, voce,
Nunc molli miscere gravem, modò rursùs acutæ
Jungere depressam; fervet discordia concors,
Svavibus Aonias recreans concentibus umbras.
Maxima virtutum Te simphonia venustat,
Quas sua distingvit species; diversaq́; longè

Est alijs ratio; quædam pugnare videntur,
In Te conveniunt omnes, dulciq; tenore
Exsatiant oculos, avidasq; feruntur in aures.
Quanta sit ambitio magnis virtutibus inde, (dici,
Quod meruere Tuæ PRINCEPS CELSISSIME,
Quod Tyrio radient ostro, comitesq; Senatum
Introeant Tecum, quod in isto pectore regnent,
In quo cura poli, Patriæq; trophæa quiescunt,
Quis satis expediat? *virtus privata minoris*
Esse solet pretij; plus exigit illa decori,
Quæ summo nitet alta throno. Num tanta lucernæ
Flamma Cleantheæ Danaas exterminat umbras,
Quanta Pharos totam quæ detegit una Syenen?
Lux quamvis eadem lichnis nutritur utrisq;.
Gemmam stare super ferrum pudet, incubat auro.
Lanaq; Sidonio meliùs sub murice floret,
Quam sanie maculata rudi, res crescit honore;
Virtus officijs Procerum speciosior ardet.
Quos Tibi, pro tanto summæ probitatis amore
Congeret imperium fasces? quæ præmia cælum?
Non quod ames auro meritum, curasq; refundi,
Aut dotes aliquâ Superûm mercede pacisci,
Contentus fulgere Tibi, sphærasq; mereri,
Sed quod in extremos pietatis semina fines
Projecisse voles, & Te, Tua templa vigere.
Est equidem magnis hæc indivisa ministris
Mercedum, lucriq; fames; turpiq; catena,
Libera quantumvis stringuntur pectora pravi
Respectûs, vel opum; quæruntur præmia gestis;
Tu nisi virtutem propter, virtutibus instas,
Atq; Deum, non astra petis; non divite censu,
Sed

Sed meritis, non mole mitræ, sed pondere gaudes;
Indignaris opum plebeio carcere claudi,
Quam sua captivat pedicis onerosa cupido;
Immunem pietas luxu Te servat ab omni,
Non auro virtus gaudet, sed pingvibus aras
Dotibus exornans, reddit sua Numina terris.
Quidam vel Dominis gaudent servire, vasalli,
Vel si nobilitas princeps onus excutit illud,
Non pudet ingenij vacuos, animiq; minores,
Imperium tolerare sui. Nam purpura servit
Ambitui, qua regna jugo populosa coercet.
Tu soli parere Deo, non Sortibus ullis,
Non Tibi contendis; recti lex imperat una.
Novisti, nil esse probæ magis utile menti,
Quam si privato non excæcata favore,
Aspiciat, quod sola jubet, sine funere, virtus.
Nemo dari poterit, cui magnis consona votis
Omnia succedant; nulli fortuna favebit
Perpetuò plausu; sed si nunc blandior ore
Arrisit, mox fronte minax dam gaudia turbat.
Lassaq; Sysiphio curarum pectora morsu
Consumit gravius: Nemo sic providus unquam,
Quem sua consilij vis non intensa fefellit;
Conatusq; bonos, sit testis cautus Vlysses,
Eventus pressere mali, nil floret ubiq;.
Aut si continuos ferat ingens aula triumphos,
Non deerit qui carpat opes, namq; æmula magnis
Accubat invidiæ, Procerum conatibus, ansa.
Tu nullis odiis, nulli potes esse retectus
Invidiæ, gestu felix, & amabilis omni;
Nec sentis, si fortè datur, quæ sauciat aura.

Propria, virtutis vera est, animiq; potestas,
Contempsisse minas, viles nil pendere voces.
Sic, quascunque feras, generosior educat ira,
Dum jaculo venator atrox, canibusq;, cubili
Se pressit, movitq; suo: formidine nullâ,
Lento respiciunt oculo jaculumq;, canesq;,
Imò nec aspectu morsus dignântur inanes.
Sic fluctus tumidâ dum tempestate movetur,
Irritus assultat scopulo, sibi noxius ipsi,
Dum fractus resilit, qui grandes integer undas
Appulerat saxis; Vano perit ira latratu.
Quidquid id est, quod mite volet turbare serenũ,
Quô lædi possent alij, Tua gloria, PRINCEPS,
Despicit, & solo contemptu vindicat ansam.
Fortunam servire jubes, & legibus uti,
Qvas dederis, non quas Tibi sors præscripserit ulla
Consilij spes certa Tui; quodcunq; probâris,
Eventu gaudere suo, palmâq; videmus.
Quod reprobas, præsens, & inevitabile damnum
Afferet; æternis Tua par sententia jussis.
Id Tibi sublimis, nec in omni PRINCIPE duräs
Indulsit ratio studij, tersæq; Minervæ
Quæ longis quæsita viis, causasq; per altas,
Supra communes hominum Te tollere sensus
Quodlibet ingenium supra luctatur, & effert.
Non trahit hærentem dubiâ caligine mentem
Per prærupta labor, non sunt umbratica quædã
Et confusa, Tibi, deversis dogmata sectis,
Clariùs obscuros naturæ lumine nodos,
Quam fixis oculis alius perrumpis, & intras.
Et quamvis vario mens est distractior usu.
Templo-

Templorum, Patriæq; bonis intenta poliq;
Sic tamen, usq; hodie præsentes, luce perenni
Circumfers species, quasi nunc Euboa bibisses,
Ore recens madido, pereuntis flumina rivi.
Aut velut Angelicus Tecum loqueretur Aquinas;
Idq; gravis, celsoq; nitens facundia flore
Promovet, & lingvæ vis admiranda disertæ est.
Alloqueris vulgus? svavissima mella loquentem
Audijt; & dulci perfunditur æquore svadæ;
Consulis imperio? Tacitus, Cæsarq; sepulchris
Exivisse suis; librorum tota supellex
In Caput ascendisse Tuum, digesta videtur;
Abdita deposcit Princeps? mens diva vetustos
Thesauros aperit rerum; miracula verbis
Intertexta Tuis, Lechicum tenuere Senatum.
Exhaurire volet populus memorabile pectus?
Æqvora siccabit, validos exhauriet amnes;
Et quosvis citiùs fontes, arcana profundi
Pectoris haud tanget; minor est hoc Nereus æstu.
Curia judicium petijt? Themis ipsa redisse
Creditur, & sanctum forma meliore Tribunal,
Imperfecta stupet, meritis fervere triumphis.
Dignius augustæ proscripto Codice, leges,
Insedere Tuum Caput implacabile noxis;
Quam, si vel tabulas auro gemmisq; refertas,
Vel Numidum dentem, tegmen regale, tulissent;
Ad Canones, Canon ipse redis, Decreta, stylumq;
Aulæ Pontificis, pro Majestate Latinâ,
Ut promptè recitas, sic justa lance tueris.
Plus à Te, calamoq; Tuo, quàm dixerat olim,
Justinianus habet, scriptis in juribus æqui.

Quo Tibi prodigio Tarpejus adstitit orbis?
Quâ Tiberis surrexit aquâ? quo Roma stupore
Suspexit mentem? veteres cùm splendidus hospes
Lustrabas Latij palmas, & serta, Tuisq;
Ingressus mediam Tiberini Martis arenam,
Augebas sertis; quales Theoria triumphos,
Defensas gavisa theses, tibi struxerat, uni,
Ingenio subvecta tuo? Longæva Platonis
Tempora, Socraticam tussim, canosq; Sophorum
In studijs annos, primo sub flore juventæ
Vicisti, brevibus transcendens omnia lustris,
Integra quæ nequeunt illi per sæcula scire.
Vix meliora ferox trabeatæ Romulus Urbi,
Dardaniusq; senex, poterat vovisse trophæa;
Purpurei stupuêre Patres, tentamina mentis
Conatusq; Tuæ; laudavit summa potestas,
Ter sanctis onerans caput immortale coronis.
Quodq; Dei factum nutu, ventura docebunt.
Æmulus in studijs fuerat sociusq; laborum,
Qui modo Pontifici sceptro regit, Optimus, Urbē,
Regnorū, superûmq; Parens, quem totus adorat
Orbis, & in placido CLEMENTEM nomine sen-
Par vigor ingenij, fortesq; ad summa lacerti, (tit.
Portendunt superos, ingentia promere jussa,
Par virtus, animusq; Tibi, regnare togatis
Patribus hinc posses, quod ab ipso Numine pēdet.
Tunc nisi laurigerâ studiorum tectus in umbra,
Tarpejos colles, vestigia maxima Regum,
Calcabas oculo, vel mente superstite libris.
Qvidsi jam Latio radies accensus in ostro?
Non desunt Tua gesta Tibi, generisq; vetustas;
Suffra-

Suffragantur opes; nec Te prudentior alter,
Nec melior Dux esse potest. Retroacta coarctas
Sæcula principibus fastis, præsentia vincis
Sidere virtutum, præbes exempla futuris.
Talibus imperium, felix Ecclesia, cedat,
Quos pietas, & Pallas amat; decet infula princeps,
Sæpiùs attractam super alma volumina frontem,
Vtilior Patriæ, quo jus auctore triumphat,
Qui frænare potest aptâ ratione, quod obstat;
Quàm quem purpurei Proceres, exesaq; stipat
Nobilitas senio, sed nulla est gloria mentis.
Tu PRINCEPS utroq; viges, Tibi fama perennē
Aram, quâ Tiberis laurentibus affluit undis,
Erexit, quæ nunc quoq; dicitur,

ARA MINERVÆ

GErmen Idæi, proba saxa, collis,
Sypilum marmor, lapis Apennini
Verticis, quidquid tenet obsoletis
Roma columnis:
Quidquid in fastus Jovis, atq; doctæ
Palladis vexit mare Caspianum,
Quidquid Ægyptus colit, in perennem
Crescat acervum!
Littus Hetruscum, Tiberina laxes
Ora, quæ nostræ monumenta famæ
Fluctibus lambent, ubi laureatam
Ponimus aram.

Instar undarum, fluit erudito
Amne sermonis, liquidosq; sensus,
Lingva facundi Ducis, æstuoso
Sufficit orbi.
Obruit terras valido profundæ
Nereo svadæ; vaga consulentis
Gratiæ Tethys, per aprica regum
Fluctuat ora.
It per immensos populare campos,
Auribus vulgi pelagus receptum,
Summa regnorum iuga, bellicasq;
Potat arenas.
Svavior, dulcis vice manat Hyblæ,
Vnda doctrinæ, reficitq; sacros
Cælites; largis in amæna currens
Templa fluentis.
Vnde, vicinas premet ara ripas,
Crine flaventi Tibris ut diserto
Tullius noster Tiberina pulset
Ostia fluctu.
Docta, victuro fluet in colosso,
Quàm Quirinalis bibat urbs frequenter,
Fama, ŁVBIENI, memor insepultæ
Principis aulæ.

CORO-

CORONA CAPITIS

Immolati PATRIÆ.

CUm sub Aventino primordia talia cælo, (cos,
Inter Apollineos, PRINCEPS Celsissime, lu-
Ad sacræ Themidos fasces, & jura Quirini
Cæsaris exsudas, Daphnæa fronde revinctus
Augustum, solersq; Caput, quo celsa recumbant
Sidera terrarum, meliùs quàm Juppiter olim
Fertur Athlantæos gravis insedisse lacertos,
Quô cunctæ sapiant gentes; regumq; coronæ,
Absq; sua, motu misero, ratione laborent,
Amens perpetuâ titubet vertigine mundus,
Curarum, geminiq; fori, sub tegmine baccæ
Temperiem quærens, populari torridus æstu,
Cûm sic Hesperiæ spiramine pasceris auræ,
Fama calens, gelidam pennis velocibus Arcton,
Theutonicas prægressa domos, Boreamq; nivosum
Permeat, & Lechico restingvit in æquore flãmas;
Aut magis accendit, bruma flagrante, nivesq;
Nubibus hybernis clausas, ardore recenti
Indolis excelsæ, prorsus solventibus astris.
Non minor est animi, quàm, quẽ parit ignea frõtis
Lux Hyperionia, populis hyemalibus, æstus;
Emanans virtus speciem dat utriq; calori.
Imò ferè citiùs glacialia corda resolvit,
Ingenij felicis honor, quàm Cynthia lampas,

Aut

Aut intercepta brumali frigore flammæ.
Nec tenui canit illa ſono, vel inanibus alis,
Splendores animoſa Tuos, ſed commodat ora,
Milleq; contribuit lingvas, quibus Arctica regna
Ac obturatas Aquilonibus increpet aures.
Æsq; vocale tubæ, tantis non ſufficit aſtris,
Cantaris populo, fervet Tua fama per Urbes,
Inveheris Patrij ſolijs, ac cordibus orbis,
Laurigero jam crine nitens; dant eſſeda lingvæ,
Dant tibi Cæſareos civilia pectora currus,
Quamvis hoſpes adhuc, alio ſub ſole moraris,
Latius imperium famæ eſt, quàm ſepe minori,
Vt ſtringi patiatur iners; habet arida fines
Poſt tot aquas, Iſthmo Thetis inclinata recumbit,
Omnia frænantur certo moderamine ſceptra,
Fama per immenſas ſpatiatur libera terras,
Mænia clauſa fugit, ſtrictos prætervolat enſes.
Audijt egregios regnatrix Patria ſenſus,
Quos de Te, Tua fama dabat, Latioq; teneri
Sarmaticum ſidus, ſe ſpe niſi divite ludi
Ægro corde ferens: volucres jubet ire miniſtras
Sub juga, Romuleum curru petitura Senatum
Jamq; pares aderant Aquilæ, ſed Lechia triſtem
Diſſimulans animum, prius alti ſangvinis ortus,
Quot meritis fulget, quæ præmia reddita jactat
ŁUBIENIÆ gens celſa Domûs, quæ debeat ultra
Munera, quot cenſus illi, vacuaſq; curules
Perſpectura, vetus *Pomiani* limen adire
Deſtinat, ut magno compenſet læta Nepoti,
Si quid abeſt, quod juſta volet lex addere ſertis
Quod divi meruêre Patres; huc dirigit axem,
Purpu-

Purpureis torquens Aquilarum colla lupatis,
Sollicitâ ſibi mente gravis; volat impiger ales.
Non aliter Libicis, catulum matura cavernis,
In ſaltus Arabes, Gætulave ſaxa leæna,
Hæredi Nemeæ metuens, ne debilis ungve,
Infirmæ cervicis adhuc, ſed cædibus audax,
Inſidijs pateat, cane circumventus acuto,
Hæret, an hunc ſecum rapiat, potiùſne relinquat,
Et voluit duxiſſe ſimul; ſed tutiùs antrum,
Quâ felix præda, quæ ſunt armenta propinquis
Vallibus, unde ſuam catulus bene nutriat iram,
Explorare priùs placuit cautamq; locari.
Sidereis Patribus celſam dant ſidera ſedem,
Quâ ſuper impoſitus ſtellanti baltheus axi
Suſtinet Heroum geneſes, inſignia terræ,
Tot ceras, proceresq; ferens, quot bruta, feraſq;
Zodiacus geſtat, quæſitæ ſymbola laudis,
Exuvias palmæ, nitet hîc juba fulva leonis,
Hîc aries rutilo criſpatur velleris auro,
Pluraq; purpureus quæ luſtrat Stemmata Titan,
Et ſignat memores Divis heroibus annos.
Thariadæ ſua facta fides, cui germinis aſtra
Promiſit, ſanxitq; Deus ſoboleſcere ſtellas.
Hic quoq; ŁUBIENII radioſior aula *Biſontis*,
Inter puniceos cœli magis eminet ignes,
Æternæ ſtationis opus, quô lumina gentis,
Poſtquam Civiles meritis obiêre labores,
Aſcendunt, ſvavi reſpiratura quiete,
Quo belli, paciſq; decus, quo ſangvinis omnes
Comportantur opes; nil præter ſidera ſpectes,
Solâ luce Domus generoſi cingitur *Vri*.
Huc

Huc Aquilis evecta ſuis, trepidante Boote,
Hæmonias arcente nives Jove, Lechia venit
Fulgurat accenſo Domus exornata ſub *Vro*,
Mille coronarunt faſces, tenet oſtia virtus,
Umbrant ſerta fores, ſpolijs ſuper incubat Heros,
Æthereis fluit aula bonis; glomerantur honores
Pomianij, conſtans quibus eſt cuſtodia templi,
Et ſe præpediunt, nimio creſcente tumultu
Ante pedes, dum quiſq; prior vult tangere plãtas
Quiſq; ſtudet Lechiæ ſceptro dignante levari.
Patritias mentes tenet Empyrea poteſtas,
Hic niſi ſola licet ſimulacra videre Parentum.
Atq; quidem primos *Vieniavius* ipſe triumphos,
Quem vis Herculeâ major, meliorq; lacertus
Adjuvat, edomito dexterrimus inchoat *Vro*;
Laude Bohemorum celebri; vir fortis, & acri
Pectore reſpirans Martem; florentibus annis,
Inter Alemannos Aquilis victricibus enſes,
Sæpe latus, poſitis, nudus perruperat armis,
Contentus virtute tegi; maturior ætas
Eſt impenſa thronis; aliquid tulit inde Paternæ
Cura Domûs, ſed mens inter propylæa ſepulta.
Dumq; per incultas exercet robora ſylvas,
Jam ferrum, jam rete feris in prælia tendit,
Occupat immanem dextra bellace Biſontem,
Atq; ſuo ſiſtit, pulchro certamine, regi.
Bellica dos, hæc eſt, duris aſſveſcere ſertis,
Et quos Thrax metuat patienter ferre labores.
Fabricijs ad aratra, togæ faſceſq; volarunt.
Moxq; jugum pecudes, mox preſſus ſenſerat hoſtis.
Imò, Palatino virtus ne ſterteret oſtro,
Multi,

Multi, Cæsareos habitus, & munera lauri,
In gremio posuêre Jovis, labor evocat agri,
Ampla triumphali sulcantur jugera dextrâ;
Agricolæ Reges, Dictator rusticus Urbis.
Proxima *Perstiniis*, forti Mavorte, theatra
Et claris animat gestis; hûic Regia, portas,
Castra manus reserat, comit victoria frontem.
Hujus in obsequium Moravi luctantur honores,
Et Regum proclivis amor, magniq; favores,
Vasta patet Domino tellus; Dodonia quercus
Cæditur, ut spatio celsæ deserviat arci.
Unde Domus fuerat Perstinia, dicta Baronum,
Sic, qui fulmineo crinitos ense Sicambos
Fregerat; armata detruncat tesqua securi
In palmas, & serta sibi; qui cladibus Albim,
Norica barbaricis infecerat æquora cirris,
Quærit in accensis æterna piacula sylvis,
Dum locat erectos turrita mole Penates.
Non minûs hostiles cuneos, quam robora cautus
Et sævas cicurare feras, desertaq; lustra,
Fertiliore solo lectis donare colonis.
Redditur armenti patiens, prius aula leonum,
Triste fit Ursorum, regio pecorosa, cubile.
Fortior est virtus, primos quæ manat in Ortus,
Et se patritiæ magno cum sangvine genti
Integra transfundit, quàm quæ pereuntibus annis
Ægra cadit, putriq; iacet consumpta vigore.
Vilis honor, partis Atavorum laudibus uti,
Provectos numerare gradus, at in otia solvi
Pectoris ignavi, nullos perferre labores,
Quos sua posteritas dignis imitetur avenis.

In veteri putres ſordent uligine rivi;
Longiùs immotis quoties ſtagnabitur undis;
Limpidior, qui fonte novo fluit, alveus exſtat.
Jungitur his, Divæ trabeatus originis hæres,
Tam ſvadâ, quã Marte potẽs; ita frangere muros;
Primus obire dati caſtrenſia munera belli
Pro ſignis certare ſuis, perrumpere vallum,
Excubias tolerare graves, in prælia totis
Viribus impendi, poſtremus cedere campo;
Ut populum mollire probæ dulcedine lingvæ,
Conſilijs fulcire thronos, ſpectare futura,
Præſentiq; malo doctâ ratione mederi,
Præteritis ſtatuiſſe modum, præcurrere fati
Ingenio majore vias, in quæq; *Philippus*
Juſſa Boleslai, caſuſq; venire paratus,
Dux in conſilijs, exemplo miles in armis.
Civica tunc vidit pietas, quid poſſet in aulis;
Non tulit effuſas argutis ille ſuſurris,
Non lenocinio quovis palpare, coronas;
Non atrum niveo ſcelus inveſtire colore,
Quod virtus, quod Numen amet, ſvaſitq; deditq;
Namq; ſolet valido levis aſſentatio viſco,
Sæpe tenere thronos; pronis detractio ſceptris
Accipitur, livorq; nocens, dum creditur omni,
Quod cum laude fluit, flammaq; libidine, verbo.
Virus adulantis penetrat præcordia lingvæ.
Expers hujus erat, tacito nec in amne ſuſurri
Lambere conſvevit, regalia corda *Philippus.*
Unde Miecislao, dum regia poſcitur uxor,
Flos Cechij Dąmbrowká ſoli, *Perſtinius* aulæ
Præfectus, lumenq; ſuæ, Lechæa, Bohemis
Sidera,

Sidera, sideribus miscet, laus certa nepotum.
Hinc trabeæ, gentesq; meant, hinc conscia laudũ
Gnesna Tiarato fuerat gavisa *Bosutâ.*
Principe qui Patrium decoxit murice florem,
Atq; citò Lechicis Primas maturuit astris.
Tunc tener, admisso fidei libamine, PRINCEPS
Excrevit, tunc Gnesna suas solata querelas,
Cum Dux, Pontifices tantus radiaret ad aras,
Castalijs, immersus aquis; Sycionia Pallas,
Non tot oliviferas, alit in certamina frondes,
Non tot in umbroso laurentia serta Bicolle
Luxuriant, quot scripta pij meruêre Bosutæ.
Spes raris concessa viris, ut sangvine magno,
Ac opibus, titulisq; simul, simul indole celsâ,
Et studijs niteant, hinc quos ita finxerit æther,
Illis perpetuos debet Respublica fasces.
An non est Pyrois potior, qui calcat adusto
Stelligeras acies cornu, flammatur in astra,
Quàm stabuli rudioris eqvus, gemmantibus ire
In pompam phaleris, si par est cursus utriq;
Innumeros tegit alta quies sub marmore patres,
Quos musis cecinisse nefas; tamen omnis in uno
Vieniavio Łaßtek Domus exantlata recumbit,
Quæ grandes Proavos, plusquam ter mille recẽset
Pars est sæva manu, pars cultæ munere lingvæ,
Exporrecta procul, pars sertis splendida recti,
Nemo diem numerat vacuàm præstantibus actis.
Ipse Parens Princepsq; Domûs, sic colligit ævũ
Anterius, majora suis ut reddat in annis.
Ceu dispersa vago, Balthis, quæ flumina rivo,
In se conversis, quibus effluat, aggregat undis;
Immea-

Immenſo tumet alta freto, pecus omne profundi,
Cæruleo Thetidis ſpumans in tergore ludit,
Donec in innumeros diſcriminet æquora fontes.
Quodſi fraterno ſitibundum ſangvine ferrum
Aſperſit, non inde ſuos tumulare triumphos,
Non tot geſta poteſt; ſunt & civilia ſerta,
Sunt animi laudes, quibus ille refellitur error.
Nonne Remus cecidit? tamen almæ Romulus Urbis
Eſt caput, & toti PRINCEPS inclaruit orbi.
Sæpe gravi meruit cæleſtia fulmina facto,
Et durâ cervice pati, qui crimina deflens,
Æthereos ignes lachrymâ mærente coërcet,
Atq; probus Superis Electus inungitur oris.
Sat fuerat pœnæ, Capiti junxiſſe Mucronem,
Qui mox pro Patria rigidè certaret, & aris,
Qui tot Barbaricos rubefecit cædibus agros,
Quot Tanais, vel Hebrus vel adegit Boſphorus enſes,
Ut conſangvineæ maculas extergeret Umbræ,
Correxit ſua fata polus; pro funere fratris,
Dum tot Præſuleos, illo de ſtemmate faſces
Ornavit, tribuitq; viris. Quo ſidere morum
Gneſnenſi Cathedræ jam *Vloſtiborius* arſit?
Hic præter Proavos, & rectefacta Parentum
In reges, regniq; jubar, virtute mereri
Ipſe ſuâ, tantam voluit non ſorte, curulem.
Eloquio tenuit populum, non ore venuſto,
Pondere verborum, non mollis nectare lingvæ,
Flore pudicitiæ, quàm murice comptior oſtri.
Pluribus oris honor, vel Avitæ gloria famæ,
Dicta-

Dictatoris amor, vel opum congesta facultas
Ad trabeas struxere viam, sed rarior hic est,
Cui divina simul virtus suffragia cessit.
Ille licet Proavis fultus, tamen optima duxit
Ornamenta Mitræ, sanctis in moribus addi.
Sensit honor regum, quali profecerat usu
Pomianiæ dotis, quanto fervore salutis;
Unde Palatinis *Nicolaum* fascibus auxit
Syradius quâ floret Eques, sinuosaq;; Vartæ
Flumina, vernantes saturant uligine campos;
Regni sacra Themis, quâ terræ parte recumbit,
Illius tunc cura fuit; cessere nocentes,
Improba delituit sine lege protervia vulgi
Judice sub tanto; Patrium qui commodat ensem
Justitiæ, cui tota fori certamina Dicte
Amoto Minoë daret, daret Æacus urnas.
Ille, rigoroso quoties clangore tubarum
Excivit Mavors, pharetrati cornua Daci,
Primus signa tulit; proprijs in sumptibus arma,
Milleq; sustinuit clypeos, qui libera plebis
Pectora defendant, ultrò servire paratæ.
Illo bella refert Duce, non inglorius Heros.
Nempè, fides procerum nitidis assueta trophæis,
Non opibus, non parcit equis, cum sanguine sortes
Immolat, ut quosvis Patriæ tueatur honores,
Dum sceptrum, sacrosq; Lares, arasq;, focosq;
Gentili pietate tenet. Leo Martius ungve
Surgit in adversum pressis rugitibus hostem,
Ut vetus asservet catulis, regnoq; cubile.
Hîc quoq; succumbit calamus; quis dicere for-(tes

Audeat Heroas? quæ Taurica bella fuerunt
Absq; triumphali *Pomianæ* lumine dextræ ?
Quæ non signa sui replevit gloria Martis ?
Sed rudius Patriæ subtraxit nomina tempus.
Iam videat, quicunq; volet spe vivere famæ,
Quanta ferunt memores hinc detrimenta triumphi
Quod Pallas neglecta jacet; num Daunia plures
Ferre viros poterat, qui dextro robore munus
Exercere sagi, qui possent sceptra tueri,
Quàm Lechicæ gētes? tamen hîc intersecat algē
Multos fama duces, quia præli rarior usus.
Post tot præruptas æterno funere palmas,
Ingens Sarmatici spes Thesaurarius orbis
Effulget, vitiumq; ævi compensat honore,
Andreas Lechico radians ŁUBIENIUS auro,
Ille refert, quod lapsa decus suppresserat ætas,
Ille coronarum sic utitur auspice gazâ,
Ut nunquam ductor, nunquā sibi miles ademptū
Virtutis pretium justâ mercede doleret.
Hinc tantus Mavortis honor, pugnacibus illa
Disciplina fuit, sine quavis labe maniplis,
Ut non tam miles, quam moriger esse senator
Quisque videretur; Centurio signa pudoris
Prætulit, accinctus Tyro venatur amores,
Et quivis solitâ sub lege gregarius ivit.
Quis non speraret certæ spectacula palmæ,
Sub tanto Patrij Clypeo, Tutoreq; census,
Nil puto commendat melius Regesq;, Ducesq;;
Quàm castigato dum permeat ordine miles:
Non uvæ, non durus ovi; seges integra floret;
Hostili spolio lætus, non evocat iras

Agrico-

Agricolæ, dum justa videt stipendia solvi.
Cernere ponè licet, spirantem incendia belli,
Fulmineà virtute Ducem; Persejus implet
Desuper arma viri, maculoso tergore panther,
Cassis torva *Caput* præfert animosius *Vri*,
In signum, quâ gente satus, quo sangvine crevit,
ŁUBIENIUS *Pomian*, *Casimiri* signa secutus.
Immortalis amor Patriæ, decumbere letho,
Et dulcem svasit per vulnera reddere vitam; (des
Horret adhuc frons plena minis; in pectore cla-
Choyniciæ spirant, ceu nunc quoq; bella cieret,
Ac inter medios deduceret agmina Prussos,
Theutonicus Prædo crucibus, dirisq; vovetur;
Ille calet! sacros qui lætus, & integer hostes
Urgebat clypeo, qualis tot fregerat enses.
Nullus eô tolerare famem patientior unquam,
Aut perferre sitim, quoties res bellica jussit,
Arridebat hyems, incommoda dulcia Martis,
Campestris fuit horror honos; sudare, calere,
Indefessa tegi nebuloso pulvere membra,
Misceri turmis alacer, fortisq; volebat.
Felix imperium, quod in aspera fata ruentes
Frænat, non adigit cives, quibus ipsa dat æstrum,
Non quærit virtus; sudor, non langvida cordi est
Mollities, epulas Mavortia supplet egestas.
Fulmiger ignavos fætus ubi comperit, astro
Degenerem turbam, nido procul excutit ales.
In seriem Proavûm, præstantibus excita gestis
Affert fama virum, cui largo serviit ære,
Et vastis fortuna bonis; cui sidera regni,
In Patriæ Patres, peperit *Zapoliccia* Conjux

In Natis, Lechicum qui replevêre senatum.
Pstroconia flos illa Rosæ, nexuq; propinquo
LUBIENIJS ceris, sociata hinc Infula Princeps
Cujaviæ fuerat, *Mathia* Præsulis inquam
Consobrina soror; sensit, quo Lechia Cive,
Quàm benè cognatis floreret curia sertis,
Seu pacem, seu bella volet: nil acrius illo
Sub labaris, crasso turpatos pulvere vultus
Pulchrum ferre decus, galeis compingere canos
Deliciæ fuerant; inter Civilia vota
Ore loquens docto, Tripodem non verba sonabat.
Consilijs hic aptus erit, cui dextera lingva
Concurrit meritis, nec quo plus constat ametur,
Quâ melior palmâ; Priamæi bruma capilli
Non satis Iliacos curarum sustinet æstus,
Hectoreâ cessante manu; probat author utrumq;
Civibus, & belli par *Sventoslaus* arenæ.
Altiùs his, rutilo simulacrum murice fulget,
Quod Princeps Primasq; Lechis à regibus alter
Possidet, atq; gradu, tantùm minor eminet uno.
Undiq; Purpureum distingvit gemma Tiaram;
Undiq; contribuunt radiantia sidera luci;
Vix aliquo gestu, notisq; coloribus ipse
Inferior sceptris, sed non ânimoq; sacrisq;
Qui reges post astra creat; dubioq; relictum est,
Cui potior sit cura throni, soliumne tenenti?
An pro patritijs certanti legibus aulæ? (orbi,
LUBIENIUM tunc regna Caput sensere, quid
Quid templis, Patriæq; daret! Gnesnensibus aris
Eximius, domini centum tulit oppida juris,
Quæ, vel muneribus crebris, vel dote refecit.
Admo-

Admonet instructo supplex Miechovia cætu,
Quis Pastoris amor; Vanconia prædita muris,
Tutaq; perpetuo Sancti custode sepulchri,
Funereis laudes *Mathiæ* librat ab umbris.
Quid? quod in æterno producere marmore scul-
Łovicij Pelicanus amat? quo pectore gaudet (ptū
ŁUBIENIUM nutrire genus? dum templa pereni
Relligione colit. ferit ipsos turribus axes.
Jactat Chełma suæ, jactat Posnania dextræ,
Munificum pelagus, nec enim tot Bugius undat,
Aût Oderæ vagus humor aquis quot larga *Mathiæ*
Nat donis effusa manus, quot gemmat ubiq;
ŁUBIENIJS Cleri Divinior Ordo tributis.
Quidam Præsuleis Gentiles censibus aulas
Opplevisse volent; sacro res Patria splendet
Proventu melior; servit pia gaza propinquis,
Et necdum natos cumulant delubra Nepotes;
Sub vittas uterus crescit; priùs accipit infans
Fanora, quam lucem; sacraria vastat egestas;
ŁUBIENIUS toto superis impenditur auro.
Jungit opes animi, cultæq; oracula svadæ
Purpureus Frater, lux *Stanislaus* Avorum;
Infula quem Płociæ, quem comit purpura regni,
Ingenione magis? quàm sanctæ munere vitæ?
Divitijs Patrum? quàm quæstu divite morum?
Legum, quàm studijs cæli? jurisne? vel æqui
Plus spolio clarus? Hæc Lechica Regia testis,
Cujus in officijs totos exegerat annos.
Seu Regni gestans Aquilas, seu vota Senatûs,
Sveticus ardenti poterat ratione liquari,
Horrescens Aquilo nivibus, nisi turba rebellis

 Pejo-

Pejores animo, fidei, motuſq; procellas
Hauſiſſet, domini jam tum pertæſa lupati,
Quando *Sigiſmundo* fidus comes ille cohæſit,
Per Batavas evectus aquas, ut Gothica regna
Flecteret Hæredi, ſed vis armata negavit.
Aggreſſus Patriæ curas ita cuncta peregit,
Ut vix ſpes hominum quid par præſumere poſſet,
Perficeret nullus; ſublimis acumine mentis,
Quodlibet ingenium, celſo Diademata niſu,
Privatos animi requie ſuperare, modeſto
Viſus in affectu genitor: projecerat infra
Omnes rara ſui comem ſubmiſſio Cives,
Majeſtate, ſupra ſummas exceſſerat aulas
Ad tantos Superum Myſtas accedere debet,
Inſuper *Albertus*, pulchræ virtutis amore,
Inſigni pietate docens, plus eſſe mereri
Ardua, quàm tumido conſcendere culmina faſtu,
Quem tot Pontifices tituli, totieſq; ſupremus
Invitavit apex, nec inanem fecit orexim;
Pultovias ædes meritis, non ære ſubivit.
Obſequium, non juſſa tulit; divæq; curuli
Præpoſitus, ſolum meminit præſtare miniſtrum.
Succedunt alij ſolijs; de fratre Tiaras,
In fratrem celerat, transfuſa Nepotibus ara
Cognatiſq; manu vix non hærede tenetur.
Quidam ſub ferulis in maxima Numina creſcunt;
Ille ſuos Fratres, bene geſtis grandibus implet,
Non titulis, unus ſtudium ſibi vindicat æther.
Nondum laſſa fames magnis Heroibus Orbis;
Confertur novus author Avis, ſpes celſa *Joannes*,
Lætus opum, decorumq; domûs, cui pronus in arma-

Ire

Ire calor, durosq; libet captare labores
Castrensis palmæ; vigiles educere noctes,
Ductores virtute sequi ductoribus esse
Exemplo, laus prima fuit; quis fortior illo
Incubuit gladijs? immanes vertere Thraces,
Restaurare aciem lapsam, quis amantior unquam
Sub galea Dictator erat; pro milite Consul,
Æqué consilijs, ac belli munere felix.
Novit enim, *magis alta regi fastigia pennis,*
Quàm clypeis; strictos ratio plus adjuvat enses,
Quàm caput imperij mucro; benè plura geruntur
Auspicio capitis, quæ vix dant arma, manusq;,
Dum fortuna solet, vires excrescere major.
Quis numerum gentis? proavos, & Nomina justo
Æquarit calamo? mortali dixerit ore?
Quot Patriæ, fortes indulserit author Olympi
LUBIENIA de stirpe viros? quám pulcher in
Dotibus excelsus, Tyria spectabilis ardet (armis,
Luce *Sigismundus* cui tot sua dextra triumphos,
Exuvias fortuna parit, tot sangvinis astra'
Augustus succendit Hymen, tot Pallas honores,
Quot sperare nequit laxis sudoribus alter.
Hic decus immensum, tercentaq; lumina Patrũ,
Dilectis sociat consors *Opaccia* tædis;
Par Hecubæ Priami, minor est Lavinia Teucri,
Quamvis Hesperias, hæc Troibus obligat urbes
Illa Duces Asiæ, cognato fœdere jungit.
Derpatum, Latij cives, Trojæq; rependit
Nostra Palatinis, quo nomine splendida fulget,
Deliciæ Procerum, celsarum gloria matrum.
Intrat LUBIENIAS bellax Curlandia ceras,

Addit purpureos Princeps Masovia fasces,
Tota *Sigismundo* cum conjuge Lechia cedit.
Nempe, *Maritales sibi maxima culmina nexus*
Innodant, sociantq; thronos, quod ferrea compes,
Aut centum classes aliis plerumq; negarunt.
Jungit honestus Hymen, quod trux Bellona nequivit
Aurea fax ipsis incendia commodat astris,
Quâ celsæ caluêre Domus; hæc fœdera jam fert
LUBIENIUS Noster; quantos Vexillifèr enses,
In Thressas acies, & avari prælia Daci
Duxerit, & quali sibi laurea constitit ausu,
Quo Patrias defendit opes, satis audiit orbis,
Syradios Equites cùm sub sua signa vocaret.
Hæc astris simulacra *Bison* præsentat Avorum,
Quos jam sidereæ Cælo admisere cohortes
At qùi Sarmatici curis, opibusq; Senatus
Permiscentur adhuc, illos manet

ARA GRADIVI

NOn hæc Oleniï prælia Tydei,
Aut pelles rigidas fulmineæ suis,
Non fert ara Leonis
Horrorem Theumesii;
Cadmeos cineres, bellaq; respuit
Scissi Mulciberis, qui geminos Duces,
Vno sangvine natos,
Vno non patitur rogo.
Sphyngis præda triplex, aut miser Ædipus,
Lernæ monstra, sacris ignibus abstinent,
Quos

Quos hac Ara Gradivi
Sertis Principibus parat.
Raptus Annibalis, mensa capacibus
Cannarum modijs, gemma Quiritium,
Et quidquid dat iniqua
Belli causa, sit hinc procul.
Solos illa Duces sustinet, integer
Quos accinxit amor Regis Olympei,
Quos spes Patria, palma
Pulchris urit honoribus.
Huc post edomita bella Propontidis,
Attonsa gelidi cæsarie Gothi,
Eluctabitur acri
Boguslaus *acinace.*
Illum mille faces Martis, & Istrij
Arcus, frugifera serta Podoliæ,
Illum læta sequentur
Defensæ freta Balthidos.
O! quot Barbarici jam metuunt Duces,
Quanto purpureus Vistula sangvine
Vndat, quando pedestres
Exercet Patriæ manus.
Quæ sentit Boreas ire pericula,
Optaretq; suis cautibus indui,
Cùm ŁVBIENIVS instat,
Turmis rursus Equestribus.
Æquâ sorte nitet, sed Patriæ rei

Felix

Felix consiliis, plus modò prospicit,
Inter sacra Mathias
Thesaurarius otia.
Illi Syradius cedit Eques suos
Cùm nummis animos; fulget honor Domûs
Largis horrea donis,
Replet messis Eleusia
Quidquid ŁVBIENIÆ celsa Prosapiæ
Sertorum meruit Gloria, Martiam
Comportatur in Aram,
Æternum Lechiæ decus.

Dum spectat tantas pensatq; Polonia laurus,
Fortia ŁUBIENIÆ tercentum pectora Gentis,
Ire jubet celeres inDaunia regna ministros,(norû,
Quos fovet alta sibi, sacrum, Domus, agmen Ho-
Ut revocent Celsum sub Patria tecta Nepotem,
Ipsa retrò properat meritas auctura Curules.

CORONA CAPITIS

Immolati ECCLESSIÆ

IMperium Lechiæ studio vehemente seqvuti,
Immensam generante sitim, spe clara videndi
Præmia laurigeræ frontis, grandemq; *Pomiani*
Sangvinis Hæredem, celeres ad Tybrin Honores
Appulerant: quæ dona paret, titulosq; Togasq;
Patria, venturo quæ fama procacibus alis

Exci-

Excitet, ac avidas votis exerceat Urbes,
Quo defiderio flagrent excelfa Parentum
Atria, commemorant; Vix perfvasêre molefto
Conatu precibufq; Tibi, ne longius ægræ
Difficili reditu Patriæ promiffa teneres.
Ne Te Roma fibi majoribus ureret aftris,
Et Vaticano, PRINCEPS Celfiffime, regno.
Mille pios aftus Tarpeja Curia jecit,
Obftiterant fafces, orabat purpura fupplex,
Et facro voluit mentem frænare Galero,
In Tua, pofthabito Tyberi, ne regna meares.
Inftabat Latium, fed vis innata Nepotem
Flexerat ad Proavos, & debita munera Lechi.
Venifti: quæ ferta ftatim! quot grata Tiaras
Regia detulerat! quantâ fervire curuli
Ardebat fortuna Tibi! fed tutius altam
Irritare famem meritis, & laude putabas,
Quam fumptis explere mitris; à fede minori
Incipis, atq; gradus omnes, regniq; labores
Præteriens, longo folium fufpendis amore,
Imus in excelfos apices, non turbine venti
Abripimur; juftam liquefactis Icarus alis
Ambitiofus habet cerâ fallente ruinam.
Quis volet Æmonium, domitor Tyrinthius Ætam
Ex Amphionijs faltu confcendere campis?
Aut de Taygetico pede vincere colle Timolum?
Afcenfu fuperanda levi, non præpete, quævis
Culmina; planities, lento quæ vertice furgit,
Mitior in fummas, plantis luctantibus arces,
Mollia non fubitis præftant faftigia clivis.
Hinc eft, quod multos fpes oppreffere ruentes

In præ-

In praeceps, avido qui surrexêre volatu.
Annosus vix signa vigor dat parva colonis,
Qualiter in molem distenditùr esculus ingens;
Degeneri praeceps humore cucurbita crescit.
Et quoties sicco Phæbi depascitur æstu
Immatura seges, vacuâ nisi pallet aristâ
A minimis, in summa volas testudine tardâ
Ambituum, sed dote celer, volucriq; Minervâ.
Insequitur Te magnus honor, non anteit unquã;
Servum, non Dominum pateris, cui gloria major
Est meriti semper, quàm spes augusta Curulis.
Hoc superis commune tenes; nam sede moveri,
Inq; locum migrare loco, nisi creditur Author
Vi Deus, ac operæ pretio; quo providus intrat
Insolitos Divina pedes operatio præstat.
Progrederis merito, Patriæq; laboribus Aulæ
Non pede suspenso, quo debeat ordine figi,
Quo calcare thronos, quo summa cacumina fastu
Primitias fert ara Tui, quàm Cracus honestat,
Atq; tribus redimit Cathedræ Tua cæpta Coronis,
Sic alijs fuerit satis incepisse minori
Res herbâ dignas, quæ vix in serta virescunt,
Et plerumq; rudi moriuntur cespite læsæ:
Te primo diadema triplex commendat in ortu;
Ambigitur, quod ferre priùs, quo comere malis
Tempora, jam lauru, jurisq; nitentia fronde.
Quãtos invidiæ stimulos! quæ prælia PRINCEPS
Fascibus innumeris dederas! ubi Cracius ille
Te meruit facilem titulus; tamen omnibus unâ
Refragaris, opum contemptor, lege modesti.
Nam quemcunq; sacri titulum dignaris honoris,
Ten

Ter prius imperium, ter eburnea ſceptra mereri,
Ter diadema voles, ut vim virtutis adæquent.
Arriſit pietas tanto ſuffulta Miniſtro;
In terras revocata Themis, quæ juris, & æqui
Te profeſſa Ducem, cauſas Tibi tradidit orbis,
Et toties Lechicum ceſſit, minor ipſa, Tribunal,
Craciacis quoties Judex es miſſus ab aris.
Quid tunc præſtiteris? cùm Pieris aula tacebit,
Omnia ſe dixiſſe putet; moritura Threiſſæ
Iphigenia Deæ, fluctu graviore doloris,
Obruit, exceptum Danáis Agamemnona caſtris,
Cujus ut infandos Timantia redderet umbra,
Obtexit niveo frontis velamine luctus.
Sic Tua, quo major, plus dos amat alta ſileri.
Mox hinc Pontifices Caput inſedere Tiaræ,
Et viſa eſt acies Tua frons auguſta fuiſſe
Vittarum, quæ ſe valido petiere duello,
Unaq; ſidereis aliam pepuliſſe ſtudebat
Auxilijs, ſed quæq; Tuo ſudare triumpho,
Quæq; perennanti voluit ſuccumbere palmâ;
Viribus illarum, Tibi pugnabatur, & aris.
Omnis honor belli victrici cedit arenæ,
Emathijs hucusq; viret ſua laurea campis,
Quæ Pompeiano fuerat prærepta Quiriti,
Xerxæis alitur Marathonia gleba triumphis.
Actiacæ referunt Auguſti præmia ripæ,
Atq; ſuos jactat, ſacer Acrocorynthus honores.
Cannis, Pænus atrox, decus inceſſabile fixit. (vis
LUBIENIÆ fronti, quidquid tulit infula quæ-
Sertorum floret, quæ ſe pugnantibus illis
In ſtadium dederat; Lechicas præcurrere mitras
Auſa

Ausa fuit, Graijs excedens Tænia regnis;
Non tamen avelli poteras hoc murice nobis;
Sat tibi Bistonij possessum viribus hostis,
Jus servare vetus, titulumq; fovere tiaræ,
Cum Tua poscebat noster suffragia Cracus,
Et defessus Atlas melioribus astra lacertis
Herculis imposuit, sancti; latuisse volebas,
Ac humeros tantæ prorsus subducere moli
Augusto satur orbe Tui, tunc fulgida tinxit
Purpura suffusos inopino sangvine vultus,
Confuditq; magis trabeati sidus honoris.
Quàm vel in exiguam, Divæ, sacraria mentis
Lætitiam, fastumve tulit; tunc visa pudori
Gloria, submissoq; genu cæleste vocatur
Subsidium, ne forte Tuis irrumpere votis,
Absq; poli nutu, superiq; juvamine cætus,
Tanta videreris sacræ fastigia sedis.
Cogi debueras, ut onus tot fascibus auctum
Susciperes, cui sancta parem Te fama recenset,
Sed virtus moderata negat; vix infula vicit,
Atq; Patrum sublime decus, populiq; precantis,
Ut suffragari Cracio paterêre Tiaræ.
A magno superûm sceptro fluit alta potestas,
Tutior oblatas exercens iussibus aras;
Quæ populi, regumq; manu defertur, onusta est;
Nam vel ad intuitum stricti plerumq; favoris,
Vel lucro suadente venit, cum deneget omnem
Pontificum maturus honor respectibus aurem.
Ipse sibi creat astra Deus, quæ proxima lucent
A superis, vix præter eum quis tangere possit,
Quod sidus, quâ parte locet, quo margine Sphæræ
Gaude-

Gaudebat Cracius Myſtam ſpectare, Tiaras,
Partiriq; ſuos Tecum cupiebat honores,
Jam tacitè ſpirans Tua, quæ mox, fræna ſubiret.
Invidit Te Chelma Craco, ſupplexq; beatum
Præſuleæ ſolium PRINCEPS Tibi ſubdidit aulæ.
Detulit Orbatæ gemmantia ſidera Vittæ,
Et Roxolanas numeroſis cenſibus Urbes.
Sed nec apex regni, nec honor ſublimior oſtri,
Purpureæ nec opes Te pertraxêre curulis;
Solus amor, Græco ſciſſæ diſcrimine gentis,
Quàm Latio, gravibus ſtudijs unire trioni
Optabas, juſſit Chelmenſes tollere faſces.
Excepit Te læta ſuum Ruthenia Patrem,
Quem timuit Dominum, formidine gaudia vulgî
Submotâ crevêre magis; quidcunq; juberes,
Fida manus placidos non execrata lupatos
Obſequio flagrante tulit; quem cedere malles
Legibus, & veteres Orientis ponere ritus,
Diſcinctumq; feræ ſtygis abjurare furorem,
Quo procul Euphrates, quo Caſpia littora fervēt
Suſtinuit Tua juſſa libens, ſocialia Romæ
Fædera jam paſſus, qvæ longior abſtulit ætas;
Nec plus Graja fides, nec ab hinc mens ſciſſa probatur,
Omnibus ardor erat miti parere Tiaræ.
Tu ſimul auguſto ſignaſti vellere pectus,
Quod mittit Tiberina Domûs, quod convenit Agno
Jeſſeidæ, redditq; ſuos hoc munere Myſtas,
Incaluit virtus animi, vehementior æſtus
Præſulis exarſit zeli; majore laboras

Templo-

Templorum studio, probus est Tua cura Sacerdos.
Jam precibus placare Deum, jam divite thuris,
Nube placet; collapsa studes è pulvere tolli,
Aut nova Spartano de marmore surgere templa,
Innumeras dotes, onerataq; munera Gange,
Pactoli rutilas imitantia vasa procellas,
Et quidquid vel gleba parit, vel suggerit æther,
Jungis, ut æterno repleas altaria censu.
Hæ sunt, quæ radiant in sede bivertice gemmæ,
Cura poli, promptaq; manûs effusa facultas
Comit utrumq; labor; sed pluribus otia tantùm
Attalici fasces, & res genuêre supremæ,
Ceû mollem nutrire, foret nisi nata, quietem,
Et non sudores Melibæis purpura cirris,
Aut quasi plus opibus, quàm civibus alma potestas
Invigilare suis, in adepto debeat ostro.
Dum sic Chelmia Tuis felicior utitur astris,
Mæstâ fronte Cracus, gemino se funere tangi,
Pontificum passus, bis Te Tutore fovetur,
A nulloq; sibi tolerat solatia ferri
Te præter; miseri Tu lenis tædia luctûs.
Ac orbum Cleri, par es recreare Senatum.
Forte recusabas, sed tristibus ille querelis,
Institit: o! rerum columen, Laus fertilis Arctos,
Vittarumq; Parens, jubar exequialis honoris,
Affer opem, viduumq; pius compesce dolorem.
Qui tot templa simul, tot fræno stringere gentes
Urbibus, ac terris blando lucere sereno
Sufficis, ad magnum nostras admitte laborem
Pontifices curas; numquid pudor esse ministrum!
Astriferumq; Craci, trabeatis viribus axem,
Præsu-

Præsuleâ librare manu? tot in obvia flectis
Munia submissos habitus, & commoda vulgi,
Me tantùm tolerare nefas, me ferre gravamen,
Solus ego Tibi spretus honor? quid vilius egi?
Quod crimen, pænamvè luo? Succumbere tantis
Luctibus orbati, PRINCEPS Celsissime Craci
Debueras; superasq; Domos, sacramq; curulem
Craciados Cathedræ, funestas ferre ruinas,
Atq; laborantem, laus est Tibi prima, Tiaram.
Sic ubi Navali pelagus Mavorte calescit,
Fax belli miscetur aquis, si fortè propinqui
Excutitur tumidum clavi moderator in æquor,
Implorat socias vires, regimenq; juventus,
Imperio non tuta suo; miseratus eorum,
Suppetias offert, alia de classe Navarchus;
Itq; rati conjuncta ratis, dux unus utriq;
Talis erat Tibi cura Craci; Chelmensibus æquè
Veveliq; sacris, justos partiris amores.
Fregerat infestus Rupensem Juppiter arcem,
Cæcos sacrilegi jaculatus fulminis ignes,
In sanctas ædes, turritaq; tecta *Cathedræ*,
Quem vel ab Æolijs, trux exhalatio saxis,
In rabiem pepulit, clausumq; exire furorem
Nube cavâ jussit; vel hyems infestior Arctos,
Hyberno subitum direxit ab æquore bellum,
Invitumq; Jovem rubeis ardescere flammis,
Ægras concutiens auras, irata coëgit.
Sivè Tuis voluit labentis machina cæli
Incubuisse humeris, seu quovis omine factum
Est alio, Tibi cessit honor, Tua dextera totam
Sustinuit molem, majoreq; læsa refecit

Tecta Domûs sumptu, quam laus antiqua fereb
Vltrò sæpè malis immania fata laborant,
Heròûm memori quos afflixêre triumpho;
Imò Dei quædam iussu fluxisse videntur,
Non ut in interitum fastigia prodita volvant,
Sed virtus ut magna locum, stadiumq; merendi
Inde ferat; gravibus palmæ crevêre ruinis,
Ac ipso meliùs flexæ sub pondere frondent.
Ni pia, Phlegræi tentassent sidera Fratres,
Quis Iovis esset honor? quæ tellus fulmina nosse
Indignatus abhinc, ubi fusæ munera dextræ,
Tot curas Rectiq; faces, tot vidit aperti
Pectoris innocuas dotes, quòd longiùs absens
Chełmensi tenerêre throno, Patriumq; Tiaram
Non nisi supplicibus tutari planctibus ires.
Et modò Sarmaticum Regem, modò diva Quirin
Atria sollicitans, tali Cracus ore precatur:
Nullanè sunt nostris constantia Numina votis?
Nil meritum justæq; preces, nil profuit ingens;
Virtutis pretium! solos, quos porrigit Aula
Utraq; ferre decet, non quos ego postulo Mysta
Intercepta Craci, pronis oratio sceptris,
Quæ Te Principibus Mitris, Cracioq; Tiaræ
Præficiunt, meritamq; jubent parere curulem
Splendida Præsuleis onerant conchylia gemmis.
Exultare Cracus magno de Præsule cæpit,
Lætitiâ populus, festis clamoribus Urbes,
Sarmaticus svavi celeusmate personat æther,
Æstuat ignivomis Tua, PRINCEPS,

ARA

ARA TROPHÆIS

ARam non ſolitis excitat artifex
Trullis Calliope, quas domitor freti
Neptunus Phrygijs manibus intulit,
Cum res cingeret Ilij;
Quas Phœbus, ſuperûm juribus obſequens
Vrbi Dardaniæ, poſthabitâ chely,
Impendit, valido Laomedontia
Stringens aggere Pergama.
Sed nunc ŁVBIENIIS *dedita plauſibus,*
Illas Muſa capit; currite ſidera!
Ignes, aſtrifero vertice quos tenet
Atlas, currite fulgidi!
Reſpiret Libycus, ſub vacuo ſenex
Cœlo, dum vigiles cedere ſenſerit
E cervice faces, lucida corpora,
Erecto melior iugo.
Laxo crine nitens lucifer aureus,
Et ſol & niveæ cornua Cynthiæ,
Intertexta polis Gnoſſiados comæ
Cedant ſerta ŁVBIENIO.
Quidquid purpureo fluxit ab ubere
Junonis dominæ, lactea pignora,
Quidquid ſtelligeris Eridanus vadis
Aſtrorum tolerat capax.
Clarus Manalij portitor eſſedi,

Arctos bina suis promptior axibus,
Fratres Tyndaridæ, quidquid alit favens
Æther, desuper affluat.
Sed tristes lachrymis Pleiadum genæ
Orionq; minax, Olenium pecus,
Et quæcunq; faces sunt rigidæ, sacris
Secernantur ab ignibus.
De tot sideribus ŁUBIENIO Duci
Assurgat cumulus, faustior ignium,
Præsentetq; polo, quanta sit inclytè
Virtus, famaq; Principis.
Certant astra pari lumine, cum Jove,
Mentes sidereæ, certat honor mitræ.
Incorrupta pij gratia pectoris,
Confundit rutilum jubar.
Accendet niveos ipse sibi dies,
Si Phœbus renuat; vos tamen aureum
Illi, conspicuis sidera cinctibus
Illustrate meridiem.

Nec tantùm Cracius lætis concentibus orbis,
Et Vaveli pulsatur apex, externa juventus,
Arctoi Proceres, promiscua turba coloni,
Ex alijs etiam cumulant Tibi gaudia terris.
Omne volet parere solum, suspirat habenas
Quæq; Tuas Regio; nec eum contemnis amorem,
Sic humiles populos, ut avitas suscipis Aulas.
Communē Te regna Patrem, Dominūq; salutant.

Quæ

Quæ Tibi cura gregis ? quis veri Præsulis ardor?
Quæq; Tiarati Capitis vigilantia ? cernit
Hæc, quam Roma probat, Cleriq; Senatus adorat,
In Cracia Synodus per Te quæ ponitur Urbe.
Celsus honor Cathedræ tanto sustollitur actu,
Res sacras ubi Te simul & se Judice firmat.
Gaudent Templa suos aræq; redire decores
Et quod iniqua manus, belli, fatiq; potestas
Subruit in primas iterum consurgere sortes.
Ritus Divini, legum, Canonumq; statuta
Hoc se muniri Synodali robore spectant.
Quodvè sacer populus præsens, leget atq; futurus
Sancto, prudenti dicet Te Præsule factum.
Exerceris amor gentis, spes optima Regni,
Insigni virtute domi; Tua Curia templis
Indistincta nitet, veroq; simillima cælo est,
Nam Deus alloquijs, Phæbo, Lunâq; stupente,
Consuescit, fruiturq; Tuis; Tibi junctus ubiq;
Incola perpetuus conclavia sancta tuetur.
Turbari nox sæpè suam mirata quietem,
Gemmantesq; tori, dum pulsu quolibet horæ
Campano pia lingva sonat vocalior ære;
Mens accensa polo tenebrosa silentia torret,
Cælestes animum flammant in sidera curæ.
Nunquamde molli surgentem lucifer ostro
Te vidit, vigil ante diem, Tithonia spectat;
Seu precibus, seu fortè libris, studijsvè vacatur.
Tempus idē somno, superest quod ab ordine rerū,
Impendis, seu blanda tepent spiramina veris,
Seu Leo maturis sua signa caloribus urit,
Aspera seu glacies rigidis Aquilonibus horret;

Vix ſpatijs ſtat quinq; ſopor; nec hic integer un-
Quem vel cura freq̃uẽs, vel vota precaria rũpunt,
Proriperis ſtrato, non lentâ pace moveris,
Aut dubiô langves placidi certamine ſomni;
Primus in aſtra labor; ſanctæ componeris aræ,
Divinis precibus, quas non in murice fultus,
Sed flexo plerumq; genu, ſine tegmine fundis.
Quis fervor? quæ flamma Tuos exercet amores?
Cùm ſuper altari, præſentia Numina tractas,
Quando Deum fert uncta manus, quẽ ſufficis ipſe
Ore Tuo, virtus quamvis Divina laboret,
Quod non ante fuit, Cæleſti munere ſiſtens.
Conſilijs hinc aula patet, quæ publica Regni
Commoda ſuſtentant; aut ſi jus Curia poſcit,
Judicio recreatur inops, pupillaq; cauſa.
Prandenti brevis hora ſat eſt, quam lectio condit
Aut prudens ratio, reſponſaq; docta virorum,
Menſæ Muſa ſubit; quidquid vel Homerica laur⁹
Vel Civilis habet Lucani Pharſalis æqui,
Annæuſve ſenex; quidquid proba ſvada Cromeri,
LUBIENIUSve Tuus, Lechicis aluêre triumphis,
Et centum veteres faſti, Tuus involat ardor,
Donec cæna levis, nec inani fumida luxu
Occupet invitum, cujus Tibi rarior uſus.
Sic menſes, annoſq; teris. Non permeo vaſtum
Officij pelagus, non publica munia Regni,
Laurigeros faſces, & acerbi ſerta laboris,
Huc calamum duxiſſe ſatis; Jam mille trophæa
Ampliùs imperium populi, pluresq; curules
Ipſaq; Romulei tibi flectimus aſtra Galeri,
Cùm ſub Principibus requieſcunt carmina plãtis.
CAPUT

CAPUT
In
CAPITA
Honorum & Virtutis
DIVISUM,
ac in ipſo
ILLVSTRISSIMI
&
REVERENDISSIMI DOMINI
D. BOGVSLAI
COMITIS à LESZNO
LESZCZYNSKI
Antiſtitis Luceorienſis &c.
Inaugurationis die,
Penes publica applaudentis Patriæ vota,
Apollinari Lauro
CORONATVM.
Anno M. DCLXXX. IX.
Varſav: Typis S.R.M. in Collegio Schol: Piar:

In GENTILITIA Jllustrissimæ Domûs LESZCZYNIORUM ARMA.

CAPUT ejus aurum optimum. *Cant.*
Ductores ipsi primùm CAPITA alta ferentes. *Sil.*
Inq; Tuum semper stent Tua regna CAPUT. *Prop.*

Aurea si quando potuit sententia dici,
Quamvis hæc molli complice facta tropo.
Vos vbi consilium Patrio submittitis orbi,
Aurea jam tropico dicimus absq; sale.
Nam Gentile CAPUT Vobis effulgurat auro
URUS & auratas volvit in ore rotas.

PRÆFATIO

CApitalem tributariæ Palladis censum è Tuo Tibi pẽdimus CAPITE, cùm omne ligato Apollini sit in pedibus pretium ANTISTES JLLUSTRISSIME. Eodem in hæc honorum Capitolia eveheris, quo Roma assurrexit auspicio; sed feliciori eventu, quia illud obliviosæ incineratũ vetustati, nihil thaumaturgum suo portendisse Quirino poterat, Tuum ad trabeas & Regum thronos exercitum CAPUT admovet cornua lunis, nam & illi altis surgunt è cornibus ignes. Quodsi Romam, Caput orbis adoravit posteritas, Tuum hujus etiam Capitis CAPUT erit. Acephalum honorem nemo dixerit, qui LESZCZYNIO instructus, immortales sibi cum Jove Hammonio exigit aras. Jamq; tanto in victimã

Numi

Numini noſtra deſpondemus Capita, contenti Tuo ſapere; quod ubi ſacra Luceoriæ evincit laurea, ut nullâ unquam invidæ ſortis prematur tempeſtate, nec ſole peruſta, æſtivo candore mori poſſit, ſed vivida ſemper frondeat æquævum complexa CAPUT apprecatur.

JLLUSTRISSIMÆ & REVERENDISSIMÆ DOMINATIONI VESTRÆ.

Devinctiſſimus
J. D.

SUMMA CAPITUM
Ad
ILLVSTRISSIMVM & REVERENDISS:
PRÆSULEM.

TOllite ſangvineas, quibus undat Jupiter, aras! (cellũ!
Sacrilegum Lechi fanis arcete ma-
Non juga, non mutæ pecudes, non victima noſtrum
Cæſa Jovem ſatiat, fugit atri ſacra cruoris.
Te, Tibi, Majoreſq; damus; Pater ipſe, Nepoſq;
Pro centum ſatis unus eris; ſi Muſa fatiſcat
Te claro Lechiæ natum de ſangvine, nobis
Eſt dixiſſe ſatis; *Pulchras ſibi gloria Patrum*
Concinnat laudes, & avitos gignit honores.
Ipſe recens cupidis honor œſtrũ mentibus addit,
Nec volet inceptas ſine Muſis ducere pompas.
Sed quid Pierides? quid fluxæ munera ſvadæ
Præſtiterint? omnes ubi ſolo nomine laudes
Teq; geris toto; nec opus contexere faſtos,
Nec varios alibi verborum quærere fontes;
Dicere Te, laus omnis erit, Tu ſumma Camænis.
Si melico ſacrum decantem carmine Nomen,
Aut niveo querulas affligam pectine chordas,
Tu, potior Phœbus, Tu *Præſul*, es alter Apollo.
Poſthabitis Delphi, Cecropiſq; altaribus oræ,
Ad Tua confugiunt avidæ conſortia Muſæ.

Cedito

Cedite mendaces fasti, quibus audit Apollo
Aonidum Princeps, celsosq; meretur honores;
Tu nobis Phœbus, relegunt Tua Nomina classes
Si Latium tristi revocem de funere Florum,
Aut potiùs Lechico narrem Tua gesta Cromero?
Es Tibi jam Florus, Tacitum svadamq; Cromeri
Vel si quos præter prisci meruêre triumphi
Historicos vincis; dignam splendoribus auges
Historiam, solusq; Tuæ virtutis es Author.
Sic istos taciti patiemur abire decores?
Cùm Tibi Mitra caput, fortes cum sacra lacertos
Purpura circumagit, niveis hinc Lechia votis,
Indeq; muneribus Princeps ac Numina certant:
Electore etenim veniunt suffragia cœlo.
Cùm Divus rutilo doctum caput igne Tiara
Ambit, & emeriti jam conscius ille Ministri.
Majori se mole librat, quàm cornua Lunæ,
Cùm tetigêre Jovem; tales LESZCZYNIA dotes
Mens augusta parit, talem dant Nomina lucem.
Non decet, ut pulsus trabeas evitet Apollo,
Castalidesq; Deæ Patrum sine laudibus ullis
Publica Præsulei subeant spectacula plausus:
Nam Tibi vocalem virtus alit aurea Musam,
Atq; meris vellet Parnassus crescere lingvis,
In laudum sublime decus, cum Juppiter, auro
Depluis in classes, Tibi prodiga, Maxime virtus
PRÆSUL, Apollineæ reserat præconia Delphi.
De Magnis dicêre Dijs memorabile Numen.
Pierias mens damnat aquas, cui sangvinis ultrò
Undat vena Tui, siquidem *Laus magna Parentum*
Purpureo magnas describere sanguine laudes.
Tincta

Tincta potest quemvis appingere penna Gigantem,
Ille licet parvâ sese metitur in umbra;
Non minùs hæc nigram tamen auget sepia noctem,
Pullaq; consumptæ divulgat funera famæ:
At, quem Patritij miniavit purpura fontis,
Rex est ipse sibi medijs noscendus in umbris,
Quas plebejus agit, tristi sub Tænara letho
Humor: amant sacræ vestiri murice laudes?
Non ita Dictæi commendat gloria Tauri
Aut cæsus Nemeæ Leo, bisseniq; labores
Victorem Alcidam, quàm celsos stirpe Triones
Tangere, supremoq; Deum de Numine nasci.
Non ita Dodonis de fructu planta superbit,
Quòd virides superet ramorum pignore sylvas,
Quam quòd ab antiquâ numeratur proxima quer-
Et genus è vasto Dodonæ, primaq; trunco (cu;
Semina derivet, laus illo in stipite tota.
In Thetide, armigero fuerat spes omnis Achilli;
Vulcanusq; Jovem fabriles jactat ad ignes.
Sic quemvis genialis honor decet; ardua Patrum
Gloria mortales nomen superevehit auras.
Nulla magis celeri geminos it fama per orbes
Officio pennæ, Calabros, Pænosq; volatu,
Ac Arabes tangit, cunas, & funera solis
Involat, æternas figens in marmore laudes,
Quàm quæ Patritijs agitur super æthera Ceris
Ridens Icarios casus; nec concipit ignem
Mista licet soli, quam sangvinis humor inundat.
Errat fama sacris quoties dat nomina fastis,
Quam recta immemorum non ducet linea Patrum
Quo rapimur Musæ? tensum quò flectit Apollo
Arcum

Arcum? *Leßczyniæ* sibi nos ciet area sphæræ.
Huc teneros lusus, resonas huc flectite buxos,
Jam Domin⁹ Numēq; vocat; nec parva Camænis
Gloria, sublimes erit insedisse curules,
Quas rudis exciperet Phœbei cespes agelli.
Taliter Affirius niveas in serica rugas
Totaq; distendit pretiosus viscera bombyx,
Ut trabeas chlamydesq; sua de morte retexat,
Et quos obscura latitans in fronde corymbi
Ignorat vivens, ornet post fata Tiaras.

CAPUT PRIMUM
Archiepiscopi Gnesnenses ANDREAS & VENCESLAUS LESZCZYNSKI.

IN Caput emensis redeūt vaga flumina terris, (des;
E primoq;suas derivant fonte charyb-
Sepè tamen magnum vicêre exordia pontum
Postquam graminea prægressi vincula ripæ
In mare succrescunt; virides uligine campos,
Et vastæ, fluvii, potant umbracula sylvæ;
In *Caput* atq; Tui revocamus sangvinis æquor
Et primâ Lechicum metimur origine Numen.
Nullibi stagnantes putri langvore paludes
Vidimus: haud etenim Patrius lāgvescere sangvi

Novit,

Novit, quem Biston gelidis Aquilonibus urget;
Nullibi crescenti pelagus deprêndimus unda,
Namq; statim plenos sine littore sangvinis amnes
Funditis; *in tenui nunquam mare vidimus ortu.*
Primus Erythræum fons Vester vicerat æquor,
Vos mare fudistis, modico dum gurgite mundus
Vult alios nasci, & captivat flumina ripis.
Te parvum nusquam calido sol vidit ab axe,
Qui superos altâ contingis origine cœlos,
Sed talem tenero virtus formavit ab ævo,
Qualis es, & magni nuper fulsêre Parentes.
Incepisse Tibi, (dicam sine crimine falsi)
Exitus est alijs; nam quos gessistis honores,
Vix decimus tanget; quòd si Vos finiat ævum,
(Quod nunquàm Patrijs optem cõtingere rebus)
Nullus eò validis assurgeret ausibus Hector.
Scilicet *ingenti Patrum molimine virtus*
Parta, solet summos incurrere strenua fasces.
Non quævis magnam poterit gestare curulis
Molem, siderei sub qua labuntur honores.
Juppiter in parva Cœli si parte recumbat,
Impatiens oneris ruet: imò maxima casu
Fulcra Poli nutant; quoties in sede movetur.
Non benè montoso Briareus corpore parvam
Impleret sedem, cui vastæ jugera terræ
Subsidunt, rupesq; gravi sub mole gementes
Finduntur, sub quo tellus resupina labascit.
At Vos *Leßczynij*, gens alto â Numine, Patres
Quis capiet titulus? qui non frangentur honores
Cum Vestri põdus meriti super incubat orbi
Quæ sedes tantos benè sufferet una Tonantes?

Sentit

Sentit onus murex quem Vester presserit Author
Sivè Ducum Clavæ Patribus, Regniq; Sigilla
Seu chlamydes veniant, seu mox ambulo Regsi
Scipio, milleniq; probo de munere fasces
Non satis; accumbet genibus, se pænè minorem
Fassus honor, multoq; moras pensabit honore
Sivè Palatinas dederit fortuna Curules,
Præsuleæ virtus fasces cumulaverit Aræ,
Et trabeis, byssoq; graves vestiverit armos,
Non satis; ægra gemit quævis sub mole Curulis.
Attamen augustum præstet si Roma Galerum,
Pontifices aptet capiti sors alta coronas,
Regalesq; thronos; primo conforme labori
Munus erit, primò, Vestros benè sustinet ausus.
Sic Pater imperium cœli, fascesq; Senatûs
Cum Jove divisit, ne totum posceret hæres,
Cessit parte Poli subjectaq; Numina regno
Constituit Jovis, & Superos indulsit amores;
Sed nec Numinibus, nec scissis Juppiter astris
Accubuit donec toto Patrem expulit orbe,
Et solus regnum Cœli possedit utrumq;
Primus Castalios *Andrea*, Nomine fastos
Opprimis, & fractū facis hîc succumbere vatem
Juppiter es nobis, partiri cum Jove cœlum
Et potes, & debes, nulli cessure Tonanti:
Dicite Gnesnensis, quos educat area cœtus!
(Si Vos fluxa sinet lachrymarum dicere Tethys)
Quod caput irato læsit tunc fulmine *Præsul*?
Aut quoties tristes, afflictæ plebis in ora
Induxit nubes, vel largo polluit imbre?
Seu potiùs (testes Superi) suspiria vulgus

Quæ trahit ad Nomen; quos non despondet amo-
Exoptat sibi quisq; parem post funera Solē, (res?
Nec nisi mananti resonant Tua Nomina vultu;
Sæpè sibi in niveo florentes marmore canos
Indigitant, hic est, hic ille perennia rebus
Gaudia restituit nostris, quâ fronte coruscat?
Ipsum vult facie Charites effingere saxum?
Gyrat adhuc oculus sacrosq; exspirat amores,
Et manus in duro propè dedignátur haberi
Marmore, quæ toties largo se munere movit.
Non secùs ac teneræ Sypileja turba, choraules
Postquam puniceei riguerunt marmore vultus
Deplorant Nioben, digitisq; hinc, inde pererrant,
Jam faciem, jam colla levi, jam pectora tactu
Explorant veteris recolendo gaudia vitæ.
At Te sidereus radiantem detinet orbis
Andrea, flammansq; suo Tibi sidere Phœbus
Cessit, ut occiduæ rursus post fata Tiaræ
Innubem pareres Solem; sic prospicis axe
Mœrentemq; novâ solaris luce colonum.
Proximus Oebalio, Lædeia sidera, fratrī
Castor erit, socio terras qui recreet igne;
Proximus *Andreæ* meritis, & fascibus alter
Leßczynius, sed uterq; pares Gnesnensia fastis
Atria complerunt; & eodem arsêre Tiarâ.
Romuleo posuit Te *Venceslae* Galero
Vicinum pietas, ires nunc splendidus ostro
Ni Te Gnesniacis Clotho rapuisset ab aris,
Sat tamen augustos pepigit Tibi Lechia fasces,
Cùm Regum à solio jussit fulgere secundum.
Jam meritis angusta Tuis sunt limina Lechi,

Nec capit ingentes animi Tua Patria nisus,
Instat Hymen Lechicisq; parat connubia sceptris
Allobroges scrutare sinus, nuptamq; coronæ
Expete purpureus regni Paranymphus aviti.
Opprimitur Rex nempè gravi Diadematis auro
Ni socius supportet amor. Lavinia curas
Dividit Æneæ, viduus quas tolleret ipse,
Seu mala confusis pleno se gurgite rebus,
Seu bona præcipitent capiti solatia Regnum,
In partem venisse cupit Lavinia conjux,
Non homines, sed regna pio copulantur Hymene.
Obstupuit Rhodanus fixis in littore Nymphis.
Hinc Pyreneas sylvestria Numina rupes
Præclusêre; Tua se majestate fugatos
Inde dolent Fauni; placido fluxisse susurro
Scaldis ad omnigenæ gaudet vestigia famæ,
Totaq; Te celebri veneratur Gallia plausu,
Nec quidquám doctis audet Rex ipse negare
Eloquijs, redit ipsa Tuo Regina favore.
Haud aliter Stygiæ viderunt Orphea Divæ,
Cum molli trepidum cythara mulceret Auernum
Eurydicen repetens: nam vix subsellia Ditis
Attigit, omnis, eat cunjux, eat Orphea conjux
Turba vocat. regiq; parens Proserpina suadet.
Quo Te Sarmatici protunc coluisse Senatus
Pectore flagrabant! quales tulit ipsa favores
Regia! cum magnam populi, Regumq; Parentē
Pictonio veheres cœlo! per regna, per æstus,
Per tumidos pelagi motus, Scyllamq; triformem
Incolumi ducens regalia fœdera cedro!
Sed cur tanta velim confuso Nomina prælo
Striæ

Stringere, quæ Veſtris afflata volumina geſtis
Longiùs enarrant, venturaq; connotat ætas,
Sat libaſſe mihi; dabimus poſt, plura Nepoti.

CAPUT SECUNDUM

Præſules & Abbates

Venceſlaus Varmienſis, Andreas Culmē-ſis, qui & Archiepiſcopus, Fridericus Vladislauienſis, Joannes Kijovienſis, Raphäél Plocenſis, Præſules, Vladislaus Leſzczynſki, Abbas Czervenenſis

IPſa ſuo domitrix redimit ſe Nomine virtus,
Nec quærit Latiale decus, nec ſymbola Regum
Non Hebrum, Lydos auro non exuit amnes,
Eſt Diadema ſibi, quod ſi de murice lucta
Patritius Proavum ſanguis, vel ſtigma pudoris
Reſtituit Tyrium divis Regnantibus oſtrum.
Nullum, præcipites pariunt felicius anni,
Imperio mentis; virtus Diademata conflat.
Sola ſibi geſtat vernantem palma coronam,
Et quo victores ſvevit, prius ipſe coronat
Se folio ſtipes. nec purius exigit aurum.
Sic roſa Pœſtanis circum redimita ſuperbit
Floribus ipſa priùs, quam lambat tempora ſertis.
Ex ſe dat virtus quidquid vel nobile regnis
Vel ſacrum Superis unquam benê fulgurat aris
Illi namq; ſuos ceſſit fortuna decores,

Ceſſit & accenſam magnis fulgoribus aulam:
Indè ſolet trabeas, dignoſq; expendere faſces.
Indè Ducum Clavæ, Præſul venit indè Tiaras
Auguſtæ chlamides Regum Diadamata, Mitræ,
Pontifices pallæ, Vaticaniq; favores
Indè meant, claves aulæ tenet ardua virtus.
Jlli perpetuum jurat fortuna tributum,
Accenſaq; thronos regum veneratur acerrâ
Quos ſibi Tænario virtus exemerit æſtu.
Vos canimus, Veſtro fluit audax ſangvine ſvada
O decus! ô Lechici gemmantia ſidera cœli!
Sarmatiæ columen! Latij Cynoſura trionis!
Atq; Tiaratæ jubar immortale coronæ
Leſzczynij! quorum meritis contermina virtus
Innumeros Regni Procerum parit una decores,
Aptat Pontificum Mitras, nec vellet honorem
Eſſe cui Veſtrum non gigneret omina Nomen.
Plocia teſtis erit, teſtis Wladslavia quanto
Vos honor appetijt ſtudio; quæcunq; morarum
Deſidies, longum viſa eſt affectibus ævum.
Cùm viduas Superum Myſtæ legerentur ad aras,
Hinc *Raphael* Patrijs clarus ſplendoribus, indè
Par *Friderice* Comes; pulchram cauſaſtis honori
Invidiam, dulciq; Mitras aluiſtis orexi,
Dum quivis Veſtro ſtuduit ſub nomine dici
Altus honor, quævis ambiverat Infula canos:
Attamen innumeris evicit Plocia votis
Solaq; proſperior cunctis Vladslavia regnis
Leſzczynios meruêre duos, ſecura Deorum
Utraq; quam gemino texit munimine virtus.
Sic

Sic ubi siderei rutilo cum fornice patres
Ne casum paveant, valido nituntur Atlanti;
Scinditur ambiguis Divum Respublica votis
Qui propiùs vastos Atlantis deprimat artus,
Quæ capiti meliùs decumbat turba Deorum,
Quæq; manus oneret quæq; alto duret in ore,
Hinc Mavors petit, inde Venus Cyllenia frōtē
Flāma volet, celsam volet urere Cynthia frōtē,
Donec stelligerâ commotus Juppiter arce,
Jussit Pleiades staturo incumbere Patri,
Cum quibus, & totū dat aperti pondus Olympi.
Non aliter sudavit honos onerare trecentis
Lesczynios Vittis; varias licet actus in ædes,
Ipse tamen Vobis toto propè fulgurat astro;
Quosq; alij centum votis petiêre Tiaras,
Aut fuso Latios emerunt sangvine fasces,
Hinc labor est arcere, suo nam quælibet auro
Mitra placere studet, quævis volet urere mētē;
Majus erat cupidas à fronte repellere vittas,
Quam quæri studiū, superincubat altera primæ.
Hinc Castellanas primâ regione curules
Insedit *Raphèl*, meritoq; accendit in ostro;
Non tamen invidiam Ledensis curia vulgi
Fugerat, aut multos illo consorte per annos
Jllustrem gessit trabeam, cui Plocia fasces
Detulit, & sacro redimivit tempora serto.
Heu quātos gemitus! quantumq; Ledēsia luctū
Atria vicinis dederant squallentia regnis,
Cûm sibi Pontifices *Raphael* raperetur ad aras!
Mœrentes fluvij lachrymis, non fluctibus ibant,
Aruit omnis ager, gemuerunt jugera, silvis

Immotæ cecidêre comæ, populuſq; madenti
Prodibat facie, mœſti dans ſymbola luctûs.
Et forſan Plociam petijſſent Marte Ledini,
Ni ſacros veriti Lituos ſuccumbere mallent.
Nempè *movet ſemper meritis heroica virtus*
Litigium titulis, dum magnos ſpernit honores;
Æthereo quivis ſacrari Nomine faſces,
Et meritum trabeis exoptant cingere pectus.
Ipſè bonos volucri per plana, per invia paſſu
Inſectatur honor; fervet de Numine lucta.
Jamq; Tholos ut vult ſtygijs infaſcinet umbris
Eumenides! dirâ Latias prece cogat in aras,
Tænarios latices, infernalemq; paludem
Transfundat magico Lutherus carmine Lechis,
Ibit *Leſzczyniis* accenſa Polonia ceris
Expers ſulphureæ ſtygis, ibit conſcia palmæ
Infula, cum Divas Superûm *Fridericus* ad aras
Excubat, immanem malefidæ faucis hiatum
Objectâ cohibens dextrâ, vel fulmine mentis.
Invidit tantos nobis Kijovia Divos
Utq; jacens fuerat, Tyrio ſe corripit oſtro,
Indignata tegi mœrentis funere vittæ,
Præſulis à letho, quem nuper atrocior orbi
Surripuit Lacheſis, querulâ tum voce Tiaram
Lenit nixa toro: ſatis, heu! ſatis, imbribus ora,
Undarunt tepidis, ſatis atram luximus horam,
Quis modus eſt lachrymis? egonè hoc Galatea dolore
In gelidos ſolvam rorantia lumina fontes?
At *minùs auguſtos decet amens lacryma vultus*
Nec

Nec mœstas turpare genas ploratibus, omnis
Audit honor Lecho, *male tristi mergitur amne*
Lynx oculus, fractæ qui prospexisse saluti
Debuit. Este procul lachrimæ, procul este dolores,
Leszczynius veterem defuncti Præsulis annum
Restituet Mitris, quem princeps gratia comit
Nomine, suspirant aliquem deserta Joannem,
Angele Kijovias cui Rossius incola turres
Commisit, Latios non segnius expete colles,
Nec nisi Kijovio, patrijs illabere regnis,
Præsule *Leszczynio*, suplex ego regia quæram
Limina, purpurei compos reditura Joannis.
Dixerat, &. patrius jam vastas Aliger Alpes
Vicit, *Leszczynio* Latium jam fervet honore,
Ipsaq; regali veniens è munere fama
Kijoviæ redimit votum, sonat undiq; Præsul,
Undiq; magnificâ turget Kijovia laude,
Ac sibi præteritas iterum plebs subputat horas.
Plauditur, hinc celeres effundunt ostia cives,
Inde dat auspicium, manuũ Respublica plausu;
Non secus Hesperio cum Sol Pyroenta cubili
Acturus, roseis comit fulgoribus axem
Reddita lux mundo, cæcæ funalia noctis
Infernis damnantur aquis, animata Pelorum
Lustrat sole dies, nec erit cui splendida Phœbi
Post tristes tenebras non arrideret imago.
Intonsam gracili recreant modulamine silvam
Vocales merulæ, vitreo sub gurgite Nais,
Excutiens madidis liventia pectora palmis,
Nuntiat esse diem campestribus uda Napæis

Sed jam Cervinij Divinus Portitor orbis
Sollicitat noſtram merita in præconia Muſam;
Flectimus ergo chelym, voces attemperat æther.
Nempè ſecundarum vigil hîc prudentia rerum,
Blandaq; ſublimis regnat clementia mentis;
Hîc locat inſomnes Patriæ Reſpublica curas,
Hîc mitis varios patientia durat in uſus.
O! quantis tumuêre Tuo de munere templa
Divitijs! oppreſſa gemunt altaria donis.
Munificæ nos ſigna manus; hæc ſæpiùs auro
Turribus influxit noſtris pro Numine dextra.
Non ſic aërias aurato Juppiter arces
Imbre petit, magnove Midas par munere Divû,
Dum quidquid tetigit formoſo ſplenduit auro,
Quam profuſa Tuæ nos ditatgratia dextræ;
Quas Pactolus opes, fulvus quas volvit Hydaſpes
Auripluæ vicêre manus, dum munera ſpargis.

CAPUT TERTIUM.
Palatini

Prediſlaus Caliſſien: Vicerex, Andreas Breſten Venceſlaus Caliſſien: dein Cancellarius, Raphael Beſzen: Andreas Derpaten: Venceſlaus Podlachiæ Joannes Boguſlaus Leſzczynſki Poſnanienſſis.

QVI

QVI patrijs meritã rebus ſtudet ire ſene-
ctam
Non aurum, nec opes avidis captivet
in arcis,
Nam licet â niveo potis es canere me-
tallo
Cræſe tibi, tamen hæc argentea rara ſenectus.
Illa perenne ſuo nomen promittat honori
Patria, quam circus redimit dotesq; Virorum,
Ex Heroe dies metitur, ſceptraq; quodvis
Imperium; Fabijs ſtabat Romana poteſtas
Fœcundo nimium clareſcunt regna decore,
Quæ fortes tenuêre viri; nec Judice tantum
Res agitur ferro, quantum ſe Tydeus uno
Sufficiet Patriæ, lapſamq; attollet arenam.
Nulla ſalus regni gravibus naſcetur ab armis
Quæ ratio, victorq; auſu non foverit heros.
Ille procelloſas recluſo è caſſide vultu
Præcipitat nubes, Solio parit ille ſerenum.
Seu gelidis tumeat præceps Aquilonibus Iſter,
Regnaq; de primâ vellat radice Tyrannus,
Excutiat Steropi flammas, quibus alta flagellet
Mœnia, ſeu totum confundat nubibus axem
Invidiæ maleſana lues, preſſura labantem
Mole ſuâ populũ, nihil hæc, nihil expavet orbis,
Quem nexis heros ſupportat in æthera palmis.
Quid paueant Graiæ Thetio victore Mycenæ?
Vnus enim longi delevit crimina belli,
Vnus in excidium Troiæ ſuffecit Achilles.
Cúm ſuus Antipater vaſtâ tegit ægide Regem,
Secu-

Securus medijs Macedo dormitat in armis.
Inconcussa stetit cujusvis machina Regni,
Quod merito partis, ductoreslaudibus implent.
Infestas acies, Getici tentamina Martis,
Strimoniosq; Duces, discordis fulmina belli
Eliciat, rigido circum, Thrax fulguret ense,
Læta tamen niueas sibi Patria calculat horas,
Cum benepro nostris vigil heros excubat oris.
Sic ubi silvestres cursant armenta per agros
Certa ducis tauri, nullamq; paventia stragem,
Ille celer latum semper decurrit in orbem,
Cornibus hos cohibet, terret mugitibus illos,
Et modò surrectâ ventum sibi consulit aure,
Infestámq; lupis captat modò naribus auram,
Nunc pavidos oculo relegit flagrante juvencos,
Demissa cervice virens modò gramen odorat,
Carpere nam solers armenti cura negabit;
Non tamen ille famē sentit, non ponderat æstus
Dum modo commissi redeat gregis integer ordo.
Plaudite Sarmatici tantis fulgoribus axes,
Majoriq; Polos pater urat lumine Phœbus,
Iam tuba vocalis; jam consona barbitus auras
Vexet Io! lætisq; crepet iam plausibus æther
Lechia tot patrio magnos Heróás in orbe
Quot rutilas Polus axe faces, aut sidera, vulgat.
Primus, *S*telligero Divûm PREDSLAVS olympo
Se pro sole dabit, reliqui fulgore Planetas
LESZCZYNII superant, majoreq; sidere vincunt
Quem prius Aonidis tangant modulamina *M*usæ?
Cum trepidis ausa est evolvere cantibus unum,
Omnis turba PATRV*M* pleno se lumine fundunt
Vtq;

Vtq́; ſimul tenuem moles premit illa Camænam
Sic aliquem tacuiſſe ſcelus cadat ordine votum,
Quis PREDSLAE TVVM faſtis ignoret hono
Aut nimios in TE divi Regnantis amores (rem,
Neſciat? anguſtoq́; ſacras in margine laudes,
Ignarus meriti, ſtudeat concludere vates?
Nam TIBI ſi cœlum ſupleret munera chartæ,
Svevit ubi VESTROS inſcribere ſūa PARENTES
Si pennas volucris totum quæ permeat orbem,
Cederet, æternos necdum ſatis aurea faſtos
Clauderet hæc cœli ſeries, aut penna lituris
Plurima ſufficeret; mihi ſat libare decores.
Solverat Hunniacas Princeps LVDOVICVS in
Diſtentus vario patrij molimine regni; (oras
Lechia quid faceret ſummo viduata Tonante?
Non decet abſenti Lechos ſervire Coronæ,
Quod ſine ſole dies, id erit ſine Rege Polonus,
Cum ſol æthereo ſua lumina tranſtulit axe,
Non niſi pallentes umbræ, niſi funera regnant.
Redde novā PREDSLAE diē, ne frigida mentes
Nox animans, gelido præfocet corda veneno.
Scilicet unus eras, abſens cui ſceptra reliquit
Rex, geminis tentus ſocio cum Pannone luſtris;
Quæ tunc Sarmatici moverunt omina Patres,
Cùm TIBI purpureos dederat Rex magnus hono-
Quis non principibus voviſſet tēpora Mitris (res
Optaſſetq́; TIBI ſemper parere Monarchæ?
Obvia plebs celeri muros, plateaſq́; tumultū
Complebat, totumq́; habuit propè regia mundū,
Porticus, & gravidas pueris ſenibuſq́; feneſtras
Tunc vidiſſe fuit; novus omnem ſedibus urbem
Egit

Egit honos; ipsis etenim fortuna perenne
Hoc decus indulsit VOBIS, regnumq; tueri
Iussit, & insignes partiri cum Iove dotes.
Non aliter, patrios cum Phœbus lege jugales
Obtinuit, rutiloq; Polos tepefecerat igne ;
Sidera mirantur quis coelum dirigat hospes,
Quæ manus apta ferum plagis Æthona domare,
Iamq; suas dubius Pollux, jam Mœnalis Arctos
Destituit sedes, jam cuncti, solis honorem
Laudant, & niveo rident in vota sereno.
Proximus ANDREAS patrium splendoribus orbē
Afflat, & armatâ victor se luce coronat;
Cedite jam tremuli VESTRIS stationibus ignes,
Mars cedat, solidū pro quo LESZCZYNIVS axē
Occupat, & sacrū colitur super æthera, Numen,
Ex se lumen agens. Equidem si feria Martis
Olim festivis fuit annumerata calendis,
Cur non TE potius nostro præscribimus ævo,
Cui minor eximios Mavors concedit honores,
TEq; suo discit melius bellare magistro.
Senserat intonsus, credo, TVA Nōina Moschus,
Bellica dum magni compleres signa BATORI,
Nec TIBI difficilis visa est hæc alea Martis
Inspectore oculo meriti, vel teste Monarcha:
Heu! quot Avernales efflavit Moscua flammas!
Plumbea Sarmaticis accendit fulmina fatis!
Opposuit vallum, tutas stationibus arces,
Armavit steriles campos ipsasq; coëgit
Ad lituos silvas, trepidis umbracula rebus;
VOS tamen & silvas animis, & Marte Ruthenū
Fregistis, pulchram reparando sangvine famam,
Pri

Primus eras, valido cum fracta Polocia nisu
Arsit in eximium decus, & rata lumina Lechis,
Mersaq; truncatis undarunt atria Moschis;
Primus eras, turmam dum Rex jussisset Equestrē
Præcipites ab equis duro insudare labori,
Ipseq; continuo præruptas aggere fossas
Complebas, animans propriā, pedes ipse, cohortē
Dux & miles, eo frangebas agmina nisu,
Quo vix mille queant STEPHANO TVA gesta
Sed gravior solitò nostrā Mavortia mentē (notante
Flamma tenet, rigidoq; mihi DEVS annuit ense
ANDREAS Valachos compescuit ense rebelles;
Quis furor obsistat forti? per tela, per æstus,
Hostilem fugat ipse manum, non Thracas arundo
Munijt, irati sanie male pota ceraste,
Non gravis Odrysium clypeus defenderat hostē,
Assiriusq; chalybs, victores cæde rubescunt,
Et magnos referunt ausus è cladibus enses,
Quis memoret quoties invasit terga Gelonum?
Quot tristes Valacho mortes plantaverit orbi?
In fontes *S*cythici rediere Boristhenis amnes,
Turcica langventi defecit sidere Luna
Accipit ut ferrum; pro dextra vindice nutus.
VENCESLAE pari Fratrem comitabere passu,
Linea quos eadem junxit, nec Apollo resolvet,
At juncto potius geminæ virtutis honore
Implebit fastos, vocali tinniet auro.
Sed TIBI *S*armatici non suffecere Triones,
Angustusq; Lechi virtutem stringere limes
Visus erat; *major quæsita est area famæ.*
Jā Tibris, Rhodanusq; placet, jam divite manas

Am

Amne Tagus, *minuit cupidum res patria gustum.*
Quas Numa fundavit, quas terruit Annibal arces
Æmathias acies, & adhuc ſpirantia ferro
Iugera Pharſaliæ, quo victor Iulius hæſit,
Quoq; loco Magnus, quæ cepit regna Quirinus,
TE vidiſſe juvat, vitrei vada pura Garumnæ,
Samnitesq; ſinus, & largas Phocidos undas.
Herculeas Gades, & ſi quid nobile fecit
Fabula, ſolicito luſtras ardore per orbem.
Sic Apis Hyblæos ubi forſan ſedula lucos
Deſtituit, lectura novam pro nectare ſvavi
Ambroſiam, properis, hinc, inde volatibus errat
Nunc thymbras, nunc dulce legit per rura tributũ
Deſerit, & revolat, liquidumq; proboſcide ſuccũ
Attrahit, unde probo ſudant aluêaria melle.
Nec VOS Muſa pavet funeſto è marmore rurſus
In blandum revocare metrum, quos vivida virtus
Funereis aufert ignavæ nubibus umbræ,
Nec patitur duro totos occumbere letho:
Manſit enim Veſtri pars magna, Nepotibus auſûs
ANDREAS, & quẽ Charites in Nomine formant
Illanè feralis raperet monumenta vetuſtas?
Quæ Lechus, & Sveci mirantur culmina regni;
Alget adhuc trepidum concuſſæ Balthidis æquor,
Et refluis narrat (cùm non tumet Æolus) undis
Quomodo LESZCZYNIVS remis veliſq; Sùcuas
Contigerit terras, Lechæi Tullius orbis:
Quo ſtudio; quâ mente Lechum circumtulit hoſpes,
*Vidi ego (*Balthis ait,*) gravidas per cærula claſſes*
Pacificis êrrare Notis, ſenſiq; beatum
Pondus, & in parvos componere flumina fontes
Suaſit

Suasit bonos, habuit multum de Numine navis,
Cumq; retro pictas ageret fortuna carinas
Omnia facundo bene successisse Pericli
Fama tulit, plausêre Lechi, plausêre Suevi.
Phœbe retro, RAPHAEL victuræ carmina famæ
Solus aget, memorem solus sibi nectet honorem
Sarmatiæ Nestor, nec enim si carmen in unum
Tantarum cupiat seriem devolvere rerum,
Sufficeret; vincit tenuem TVA gratia Suadam
Cùm TE Palladii sidus volo dicere cœli,
Qui velut accensa gelidum sol luce trionem,
Flammatis animas frigentia pectora verbis,
In TE Musa mihi potius laudanda videtur,
Cum Musæ memini, quæ Graias fortè choreas
Aspernata, TVAM mulcebat lusibus aulam,
Ambiguam rursus revocant TVA gesta Camænā
Gestaq; dum narro, patrijs exercita metris,
Offert se gravibus virtus exotica metris,
Nam TE Pierijsita Phœbi, dotibus, ardor
Erudijt, novus ut Delphis colereris Apollo.
Seu populum, cultæ satiares flumine lingvæ,
Ipsa loqui nostris visa est sapientia terris,
Fabula Cecropium verbo tonuisse Periclem,
Quæ, linguæ vitium populis oracula fecit,
TV quoties doctis Patrîam sermonibus Aulam
Consiliove tenes, flagrantia fulmina magno
Vidit in ore Lechus; Cineæ fama revixit
Nā TIBI Gustavijs, quòd adhuc non pareat armis
Lechia debebat, pugnasti robore linguæ:
Quo ferimur? brevibus Numen cōprendere sphæ(ris
Res indigna ferè, nec nostris congrua metris;
Promptius exiguas pelagi nūcraueris undas, Pro-

Promptiùs impones Lechico Riphæa Vavelo
Culmina, vel Tibris conjunges littora Ponto,
Quàm meritos tantæ referes virtutis agones.
Si partem filuiſſe velis, quamcunq; relinques,
Actio major erit, cœloq; æquabilis ipſi,
Nil in TE parvum, quævis hîc maxima virtus
Ingentem Tytium vocat in diſcrimina belli.
At TV, Podlachiæ Dominũ, quẽ ferre curules,
In pretio ponunt, ATAVIS ſuccede beatis.
Vivis adhuc, propero nobis in funere raptus,
Nec ratio ſvadere poteſt, ceſſiſſe ſorori
Lanificæ, tantum triſtes heroa ſub umbras,
Exerras oculis idem, quem Martius ardor
Impreſſit Patriæ, lapſiſq; recurrere ſpebus
Optat, ut ambiguos ſoletur imagine ſenſus
Sic ubi Phœbeâ, paſcat quis, lumina luce,
Ac obeat radios oculo, conſideret æſtus,
Si rurſus clauſum captivet palpebra lumen,
Sol oculis idem redit, ut flagrabat in axe,
Atq; illo recreat mærentem ſidere viſum.
Nonnè TVVS vivo præbet ſe robore Mavors?
Quẽ Biſton metuit, quem Thrax pellitus adorat
Clade ſatis doctus quid patria dextera poſſit
LESZCZYNII; nuſquã rudibus ſuccũbere Parci
Poſſe Virum credit, quem mors non vna fatigat
Incolumem centum armatæ petiêre phalanges,
Ille oculis, tantuſq, redis. nil funus ademit.
Vltima germano pendit modulamina FRATRI
Pierium Numen; *majori laude coronat*
Se merito finis. ſtetit vltima ſphœra Tonantis.
Hîc quid agam; validi laudem primordia Martis
Geſta

Gesta vocant potiùs nostram præsentia Musam.
Odrysij recitate Duces: quo fulmine vestra
Sæpiùs obvertit LESZCZYNIVS agmina mucro,
Seu quotiès pavidis insistit acinace turmis,
Obstantesq; premit clypeo, cæditq; fugaces,
Belligeram sensère manum, TVA Nomina Sensit
Pectus agens nigra suffusum tabe Gelonus.
Marmaricus veluti sævo dum armenta fatigat
Vngue Leo, pauidi fugiunt, & pascua damnant
Læta greges, tãen ille feris trux unguibus instat
Hos lacerat, sternitq; alios, juba cæde rubescit,
At gregibus spes una pedes, quo tramite tutum
Effugiunt, nullus redijt sine vulnere taurus
Quid Dea? Marmáricis fœtũ malè diximus arvis,
Hic Leo LESZCZYNIVS, gregibus metuendus A
Nã Vestri Geticis rubuerunt cædibus enses; (lanis.
Totaq; sub galeis LESZCZYNIA canuit ætas;
Quis rigor hyberni poterit TE sistere cœli?
Quis gelido manans frænabit Iuppiter imbre?
Dum cava magnanimũ strepuerunt æra Gradivũ,
TV Scythicas tolerare nives, TV frigora primus
Et pluvium perferre Polum, freta sæva domare,
Insomnesq; pati gaudes cum milite noctes,
Nulla TIBI nimios arcent umbracula soles,
Sed melius clypeo ferventes obtegis æstus,
Cùm dormis, vigilem, dum cessas, bella gerentẽ,
Cùm stas, instantem noster TE viderat Heros.

CAPUT QVARTUM

Castellani.

**Raphael Caſtell: Poſnanien: D(
bieſlavs Premet: Joannes I. Sreme
Joannes II. Breſten: Raphael. I
Sremen Ioannes III. Breſten: Pred
ſlaus Sremen: Joannes IIII Naklenſi**

HActenꝰ Attalicos cecinit TIBI Ph(
bꝰ honores.
Quos tituli pariũt, noſter quos div
dit orbis,
Æthereos modò DIVE Polos, mon
mẽtaq; PATRVM
Exſupera, dabimus pulchrum ſub Marte theatr
Spectator tanti venies, & cauſa decoris,
Eſt locus, innubem ſpectans Hyperionis orb
Quo ſeptem liquidi ſe luſtrant igne planetæ,
Mars ibi poſſeſſor gladios accendit in aſtra,
Olim barbarico SamoThracum ſanguine tinct
Atria gemmanti ſurgunt ſuper æthera mole,
Flammiferis diſtincta tholis, in ſanguine primu
Erubuit limen, multo natat area tabo,
Eſſe domum rigidi patuit vel ab inde Gradivi.
Hîc Biſton, Parthiq; truces ſub pondere ferri
Exululant, celeres irato vincula morſu
Carpere, ceu rabidus mandit data ſaxa moloſſu
Hîc veteres circùm præbent ſpectacula, regum
Exuviæ, clypeos, arcus tenet una, ſpathaſq;

Altera Moſchorum frameas, pars altera laurus
Ex Alia Balthiq; Lechos patiente lupatos,
Diximus eſſe domum Martis ; domus iſta Leonis
LESZCZYNII;veſtro Mars vel conjungitur Uro.
Hi quoq; mancipibus quos ſtringunt vincula nero
LESZCZYNII ſūt Martis opus, miracula ſeſus(vis
Nulla trahant, ſolita hæc bellacis regula dextræ.
Præ foribus virides nectit victoria palmas,
Et fortuna foris divi tenet oſtia templi,
Non etenim ſontem licet huc aſſurgere plantam;
Hæc proba fama docet; moti ſunt cardine poſtes,
Et patuêre Dij, patuit LESZCZYNIVS ordo
Inſignes regum trabeis; fixiq; Theatro;
Excidit ad tantos animus, Phœbusq; triumphos,
Et mentem pavidis majeſtas ſenſibus aufert.
Sic ubi frugiferis, deprênſa eſt noctua campis
A radio ſolis, ſubitâ perterrita luce
Quo revolet neſcit, nictat pupilla repenti
Majeſtate flagrans, optant vaga lumina noctem.
Noctua Cecropiæ nos dicimur eſſe Minervæ?
Quidni LESZCZYNIO trepident à ſole Paleſtræ
Vt tamen ereptam trabeato lumine mentem
Confeſſus pauor ipſe fuit, ſe fama Camænis
Iungit, & auguſtos exponit ab ordine PATRES.
Primus LESZCZYNII fuit olim Nominis hæres
(Quod meritis,quod Marte ſequax exercuit ætas)
Qvem ſuprema tenet ſublimis ſponda Theatri;
Laurea victores umbrat quæ fronde capillos,
Pannonico de rege fuit; nam victor ut haſtam
Impegit ſquammæ, Regem ſuper æquor adegis
Pulucreum vaſtâ ſterni cervice ſupinum.

Ka Pan

Pannona cum ſocium Friderico poſceret hoſpes:
Altera quæ dexrram, nexu digitoſq; coronat
Parta fuit toties Scythici de turbine belli;
Qui caperent ea geſta tomi? quæ differat hora?
Aſſiduus campo longiſq; exercitus armis,
Ipſi jam poterat bellum moviſſe Gradivo.
Dum caput incluſit galeæ, ferventior illo
Nullus erat, quocunq; oculos inflexit, ab armis,
Et ducibus pavidi fugerunt protinùs hoſtes.
Terraq; vernanti redimivit munere calles,
Magna quibus fixit RAPHAEL veſtigia miles.
At quoties frontem plumatâ caſſide ſolvit,
Depoſuit Martem, nullus formoſior illo,
Hinc Iagellonicas orator miſſus in arces,
Cæſaris Auguſti juſsu, cui Tyro cohæſit.
Vel tacitus ſvaſit quod vellet Cæſar haberi.
Suffecit vidiſſe Ducem; modò clarus Avorum
Viuit, & æternos venientibus aptat honores.
Nempe *mori nunquam poterit data gloria bellis,*
Majoremq; rapit triſti de funere lucem;
Creſcit ferali laurus plantata cupreſſo;
Nec cinis accenſos ſplendoribus obruet ignes.
Sed jam quæ dextram teneant pia Numina partē
Scire voles, hi ſunt quos Præſulis ambijt oſtrum,
Quiq; Palatinos vivi tenuêre decores,
Caſtellana dehinc ſequitur meritiſſima claſſis
  Needum finierat, cùm vaſti clauſa Theatri.
Ianuajſat magnum Vobis vidiſſe PARENTEM
Dixerat hîc aliquis, vociq; admugijt æther.
Ergo Muſa ſiles? meritis LESZCZYNIVS Heros
Laudibus exemptus tacito feret aſtra ſepulchro?
Cri-

Crimen erit; patrij prohibent ſi Numina cœli,
:ſt Vobis Clarius vates & Numen Apollo,
:ernere quod vetitum, Deus hîc ediſſeret augur
;olubij teſtentur agri, quo Marte perennem
)obieſlaus agit ſibi laudem vindice ferro
'erfida Theutonici dum luſtrat caſtra magiſtri.
æpè nouaturus ſteriles ubi vomere glebas
ro ſcindit, tepidoq; rigat ſudore colonus,
)ſſavidet, raſumq; putri rubigine ferrum
:reſcere, pallentes miſeris ploratibus umbræ
.llatrant auras, & vulnera facta queruntur.
ndè tamen pulchras illi victoria meſſes
)emetit, ac ſummos in honorum gloria culmos,
'eſtatura Ducem, nativo colligit enſe.
Qualiter infirmas abigens Mareotica tigris
'anigerùm pecudes, multosſecat ungvibus hædos
)eglubit multos, ſed enim ne cæde peractâ
:ffugerent rictum, reliquas ſuffocat arenis,
:t nigra tellure tegit, balatibus illæ
mplorant aliquam tigri frendente medelam,
)onec eò catulos adduxerit ipſa famentes,
.c ſævis fodiens uncis, diſtraxerit exta.
Quid RAPHAEL? celſæ quē laudant mænia Po-
Quem toties optat retro Caſtellana curulis (ſnæ
'ivere? non jactet vulgaris fabula Galli
Ierculis ore ſui, perplexâ compede torqves
n populi fluxiſſe animos, quibus ardua gentis
ectora firmaſſet, vinctos tenuiſſet amores:
'erius ille Lecho de limite miſſus Vlyſſes,
.tlas Sarmatiæ, decus immortale Senatûs
'erius auritas tenuit ſermonibus Aulas

Moſchoviæ, ſtrinxitq; graui fera pectora ſenſu,
Cùm Patriæ cauſam dextro portaret honore.
Prodibat luteâ Moſchi rude vulgus ab æde,
Suſpenſoq; gradu pendens è nutibus ore,
Omnia laudabat, facilem dedit omnibus aurem,
Non humili certe quivis pro ſorte reponit
Aſpexiſſe Virum; favet afflua Moſcua verbis.
Sic nemus Aonium, ſic, horrida luſtra ferarum
Hinc faciles cervos, duroſq; egere Leones,
Indè tigres veniant, & acuti lumine lynces,
Auribus erectis, oculo flagrante loquacem
Auſcultant cytharam, patulis ſtant oribus urſi,
Orpheus ut mollem demulſit pectine chordam.
Sed Lacheſis confudit opus, nam barbara fatis,
Et ſubito celebres involvit funere pompas,
Eloquijs forſan Noſtri pellecta Solonis.
Quid PREDSLAVS erit Srēenſis gloria terræ?
Quid RAPHAEL alter? tacitus ſi vellet Apollo,
Tanta ſonaturæ ſubducere nomina buxo,
Sola chelys magnos Heroas pſalleret, ultro.
Laus eſt magna Claros ſummū ceciniſſe Tonantem.
Quo meriti præco remeabit fama IOANNIS ?
O quam Pariſiæ vernabant compita ſedis,
Illimi tumuit ſublatus Sequana fluctu!
Ac vitreo bibulas lambebat flumine ripas!
Strenua quâ noſter veſtigia fixerat Heros,
Cùm dulces inibi, pulchrâ conſorte beatus,
Annos exigeret, populi Regumq; favore.
Non Patrij tantum collucent ſidera cæli,
Æternis etiam feruet ſol axibus idem,
Qui menſes niveasq; dies heroibus aptet ;

Ille domi steriles inglorius exigat annos,
Et patrio totum claudat sibi limite mundum,
Quem famæ, quem forsan amor non tangit honesti.
Sæpè pyrus rutilo succrescit proxima cœlo,
Transplantata, brevi quæ forsan stipite terram
Lamberet, & curvos ageret per gramina ramos,
Si patrijs semper campis immota maneret.

CAPUT QVINTUM
Officiales.

Regni & Palatinatuum Ioannes Boguslaus Thesaurarius Regni: Procanc: Illustrissimi Parens, Venceslaus Cancellarius Reg: Andreas Cancellarius Regni, Ioannes Pocillator Reg: Raphael Succamerarius Caliss: Venceslaus Succam: Posnan: Vladislaus Succam: Brestensis.

DIVÆ Thessalij quas educat area Pindi
Huc modò cōpositis intēdite viribus, æther
Ardeat in plausu, vario sonet ōine tellus,
Quidquid Castalij felix vomit unda saporis
Aut Chelys, aut Clariæ possunt effingere buxi,
Huc agite, infensas removet laus inclyta nubes.
BOGVSLAVS adest; quæ talem prodiga pos-
Sæcula ferre virū, vel qui jactare triumphi (sunt

LE

LESZCZYNIO meruêre parẽ quẽcunq; vetusta
Continuent leges posito TIBI cedere fastu
Cogitur; hostili si Scævola claret ab igne,
Si centum Fabij generosæ munere mortis
Mercantur stabilem Romæ, post funera, laudem,
Vinces, belligeris TVA dum calet ignibus ira,
Et numero Fabios imples, manus apta Gradivo;
Mantua Thessalicum si Pieris inflat Achillem,
Silius Annibalem, Latium victoria Paulum,
Vinces: qui meritis, largo qui sanguine palmas
Quæris, & eximio regnas in funere victor.
TV Fabius noster, doctæ TV regula Musæ,
Consilium dum poscit opem, sub casside Phœbus
Pleraq; cunctanti melius ratione gerebas
Quam bellis alius, viret altæ laurea menti;
Consilijs stant regna TVIS, pulcherq; triumphus
Ingenio vicisse fuit, TE Consule Roma
Nostra stetit, felix quævis TE Iudice causa,
Num non lance pari communes dividis usus?
Nùm quisquàm, tepido maduit TE Præside fletu?
Vtq; suus non desit honor, TIBI Lechia gazam
(Qui pridem Patriæ fulgebas aureus Heros)
Atq; minus meritis indulserat illa sigillum,
Non secus ac Latio dum supplex turba Tonanti
Dulcia liba tulit, quem non satis aurea placant
Munera, nec centum trabeati sacra Quirini,
Attamen ille libens paruo se præbet honori,
Et gaudet minus inde suo sibi Numine ferri,
Mæstior atratis cumulat se pompa Camænis,
Ac hilares inhibet lugubris scena triumphos,
ı lachrymas despumet apex, Heliconia luctum

Vnda

Unda vehat, tristi facies circumfluit amne
Lechica, dum niveos mors funere perculit ortus.
Scilicet explicitæ dum mœnia maxima Posnæ
Civibus hinc solitò lætis hinc hospite luxu
Fervent, pervigilem removendo in sidera plausũ;
Indè Quirinali clarescunt atria fastu,
Oblatasq; sibi de majestate curules
VENCESLAUS init, subito mors invida luctu
Gaudia præcipitat, lætamq; obnubilat Vrbem,
Vt solet accensum noctu vanescere fulgur,
Sic alacres pullavit agros & splendida longo
Pegmata confudit gemitu non parca dolorum.
Occiduum plorant subsellia turbida Phœbum,
Visaq; fatali succumbere Posna ruinæ,
Nutant exitio turres, ac desuper atram
Cernere suffugiunt Vrbem, gemit undiq; vulgus
Et nimium properæ spargunt convitia morti.
Sed quid flere juvat? quæ tantum lachryma casũ
Diluet? hæc sævæ Nemesis fuit orbita semper.
Nec trabeæ nec sceptra levant à funere quẽquã;
Audet & in Solium, medios ruit acta sub enses.
Indomitos mors cæca Duces cum milite nectit,
More levis pueri, qui clauso lumine turbam
Insequitur teneras plaudentem verbere palmas;
Nescit quem capiat, cæco premit agmina passu,
Seu dominus veniat, seu quis de plebe colonus
Arripit, & victum puerilibus aptat arenis.
Ad plausus iterùm Clio, LESZCZYNIA nobis
Nomina sufficiunt agmen; quibus atria Regum
Sarmaticiq; pares Superis nituêre triones.
Excubat ANDREAS Lechæi ad limina Regni,
Hîc

Hîc merito RAPHAEL, hîc VENCESLAVS hõo-
Hîc VLADSLAV Sagit fæcũdũ laudibus ævũ, (re
Hîc quoq; belligerâ notus virtute IOANNES,
Urget plectra fibi cataphractæ robore dextræ;
Illi magnanimus posuit cunabula Mavors,
In clypeo vindex, magnum referente Parentem,
Sopivit Bellona oculos, ac sanguine misto
Vbere lactavit, belliq; infudit amores.
Pro plumis domitos armorum stravit acervos,
Non blandũ Sequanæ somnũ pepigêre Choraules,
Non Siren pæana canit, sed classica Martis,
Et sævum tonitru belli, clangorq; tubarum
Attonitos capiunt animos, generosa cruento
Pectora respirant astro, flammasq; Vescvi
Mens accensa vomit, vigili calet ardua corde
Cura Ducum, rapiunt incendia bellica mentem;
Desinat inflatos Fabiorum Roma calores,
Annibalem Carthago suum, celeremq; Pelasgi
Pelidam jactare Duces: habet Hectora Lechus,
Et Priãos contra, quivis Leszczynivs Agmen.

CAPUT SEXTUM.

Generales M. P. & Gubernatores.

Predislaus, Raphäéles III. & Venceslaus Generales M. P. Gaspar Capitaneus Radzieiov: Ioannes I. Radzieio: Ioannes II. Varecen. Raphàél I. Radziei: Raphael II. Dubicẽ: Stephanus Camenec: Raphael III. Lubovien: Andreas I. Dubicen: Andreas II. Naklen: Raph: V.

Vladiſlaus Leſzczyńſki Oſtreſzovienſis.

QVO plures picto numerantur in æthere ſtellæ
Majus agit lumen, terraſq; everberat æſtu;
Aurea nec patiens tantæ miracula lucis,
Obſtipâ ſub nube tegi, radiantibus axem
Implet ſideribus, quaſi maxima lumina terræ
Oſtentare velit, primo Cyllenius ore
Et Venus, & Mavors & plenæ cornua lunæ,
Ipſeq́, ſol ardet; ſed plura Galaxia claudit,
Non quod, ſola polos inflamment luce minori,
Sed quia nec caperet cœlum, ſi limine quævis
Sidera ſplenderent toto telluſq; flagraret.
Quid ſupereſt Lechiæ? quæ talia parturit Aſtra,
Et de luce, patens, vocat in certamina cœlum?
Nã quot LESZCZYNIIS ſplendentia Nõina ceris
Tot ſoles numerat, qui lucem reddere mundo,
Et rurſus ſepelire queunt, clareſcere regnis,
Sarmatiæ donare diem, contagia noctis
Cimmeriæ, Lechicis arcere Trionibus auſint.
Hos obſcura nigri ſoles teget umbra ſepulchri?
Hi lateant? abſit; nec enim tam diſſitus orbis,
Quo non fama vehat veſtræ proba ſymbola de tetræ
Sêu ubi Theutonicas alit undis Rhenus ariſtas,
Et refluum, ſeptem diſpenſant oſtia, Nilum,

Seu

Sêu ubi Bosphoreis poti sunt fluctibus agri,
Et Meròë crinita jacet, LESZCZYNIA famam
Nomina distendunt, Patrius non sufficit æther.
Quid fovit tacitis aliquandò Patria votis?
Aut solum potuit velle? ut non illicò Patres
LESZCZYNII facerent; si quæ desiderat arma;
Arma ferunt, Scythicis lethum minitantia castris
Quis Notus? aut Auster citiùs de rupibus exit?
Cum tumidum miscere ferox jubet Æolus æquor
Quam GASPAR Valachos præceps decurrit in
Miles Alexandri? talem nec Græcia castris (hostes
Antipatrum vidit, similem nec novit Orion.
ustavus reprimendus erat? ciet æra IOANNES,
t medias acies, Sveciq; gravamina Martis
errumpit juvenis; quid si maturior ætas
ectora vidisset? quîd si pia tempora cani
exissent nivibus? juvenili pectore Svecos
angebat cuneos, Prussas euicerat iras,
totus, Lechicis ardebat Pyrrhus, in armis.
eu tener incultos terret rugitibus agros,
iuris bella movens catulus, rata turba leonem
sthabitis fugiunt gregibus, spes ultima plantæ.
ipso metuendus eras in nomine miles.
nsilium poscit? Latios PREDSLAE Catones
stituis, docto sedans fora Lechica sensu
ieam Consosq; TVO captabat ab ore
e populus facili; magnum de poplite Phœbum
gna salutabant, quoties oracula verbis
ideras, Delpho longus licet hospes ab antro.
Curia Iustitiam? vel inermes Martia leges
bora quærebant? RAPHAELES judice jura

Defen-

Defendunt gladio; quid enim Leo caſſide ferrum,
LESZCZYNIVS vibret? rigidos exporrigat un-
Si preſſæ Themidis ſuccũbant viribus arces? (gves
Nulla ferè veniunt clamoſæ jurgia litis,
Quæ non LESZCZYNIÆ judex ſententia mentis
Ceu vitrei placidas, ſedaret fluminis undas,
Milite? vel pretio Lechici Reſpublica cœli
Defensanda fuit? præbet VLADSLAVS utrũq;
Non opibus ſiquidem patrijs, propriævè ſaluti
Munificus parcit, calidos non computat æſtus,
Aut minus effuſo, parat amplas ſanguine palmas;
Dum Lechus hoſtiles ferro ſcrutatur arenas,
Gaudet Threijcijs latus objeciſſe ſagittis;
Et timidos umbone Scythas, umboneCorallos
Appetijſſe Duces, animans è cladibus Aſtrum,
Quod benè Sarmaticæ fundat jubar õne Coronæ.
Exigit ut vigiles habeat pro limite curas,
Atq; focis populi? STEPHANVS fert munia regni
Quid gemin⁹ Raphael! quid erit cũ fratre IOAN-
Felix Sarmaticus tantis in Civibus orbis (NES?
Quos Tanais capto lambit cum Strimone fluctu,
Trans Andegavios emovit fama coluros;
Quos non ulla Lecho divellere Parca Trioni,
Atq; ſepulchrales poterunt abolere favillæ.
Sed quis tanta queat breviori Nomina cippo
Stringere? deficiunt numeri, cyfræq; minores
Si numerare velis; nec charta, nec apta lituris
Sepia magnanimos claudet cum laude Parentes.
Ite pares animis! triſtes excedite nubes!
Aſtra vocant, Phœbuſq; dabit moderamina cœli;
Quæ vultis fieri, ſuper æthere Numina Veſtro
Arbi.

Arbitrio positum? Dominos expectat Orion?
Augustiq; pedes PROAVI, trepidantibus ursæ
Allambunt lingvis, cùm fundit pectore solem.
Non gravis accensâ flammarum bile minatur
Scorpius aut acer jactat fera cornua taurus,
Sed propè LESZCZYNII gaudet jubar ire LEONIS
Ad plãtasq; comes memorũ jacuisse PARENTVM.

CAPUT ULTIMUM & PRIMUM.

ILLVSTRISS: & REVER: DOMINVS
D. Boguslaus Leszczyński
Episcopus Luceoriensis,

QUo TE purpureum, per sceptra per atria Numẽ,
Quo per signa Ducũ TUUS insectetur Apollo?
Namq; triumphali veteres ubi Musa Parentes.
Carmine nostra colit, quos Martius ustulat ardor
Splendida Lechiadûm quos fovit Curia Regum,
Aptavitq; Tholis TE jam per singula PRÆSVL
Inseqvitur, signatq; TVÆ vestigia famæ.
Tendite Præsuleos (vel si quid nobile) torques,
Et palmare Pedum jacite hîc in limen, honores!
Hæc agiles saltim frænent obstacula passus;
Nempè *Gigantea magnos attingere saltus*

Quis

Quis virtutis, habet? Summo de culmine, cùlmen
Aggreditur; Siculi calcat juga celsa Pelori,
Parnassiq; simul, mediam vestigia terram
Nulla notant. Virtus sola in fastigia nisu
Evolat alato, vulgaribus orbita plantis
Quæ pecudes, hædiq; abeunt, calcanda manebit.
Quid? jam Pontifices âuro luctantur honores,
Plaudite! LESZCZYNIVM sistit LVCEORIA
Plaudite! sistit honos oblatæ munere vittæ:(Mystã
Vt primum querulis luxit viduata Tiaris,
Exangui miseros afflans pallore Colonos,
Destituit sacram tristis LVCEORIA sedem.
Et pullo vestita habitu, velamine frontem
Tecta nigro, quâ Lechus ovat, properavit in arcẽ
Vtq; solent mœsti citiùs sibi Numina vultus
Conciliare; novo suffundit lumina fletu,
Ac septum petijt limen; Palatia Lechi
Vltrò patent; tristis commotus imagine formæ
Rex, audire volet tanti quæ signa doloris?
Quis gemitus? vetuit linguam reverentia Patrum
Dicere, mærenti luctus in fronte perorant.
Donec ibi quisquam; *queritur LVCEORIA My-*
Id gemitus, id signa ferunt, id lachryma poscit, (stes
Annuit illa oculo, nec enim plus mœror agebat,
Exundare graves nec amant in verba dolores.
Hæcubi sublimi vidit de sede MONARCHA
Solatur sanctis regementia pectora verbis:
Desine lugubres singultibus angere soles;
Desine fata queri, dabimus, qui planctibus urbem
Et vultus lachrymis vacuet; TIBI PRÆSVL ad
LESZCZYNIVS tanti par indulgetur honoris (aras
Audis? Pierij quem detinet aula Licæi?

Huc age! vocalem Musarum dirige plausum!
Io Thessalij portent sub sidera colles!
Io sonent auræ! referat rudis Æolus Io!
Io sinus! Ioq; Polus paret! Io Triones!
LESZCZYNIVS PRÆSVL: dimotas sẽa per oras
Perge levis; Lechici pridẽ benè conscia Divi,
Audiat extremæ quæ gens manet accola Thules,
Quæq; renascentem medio videt æquore solem
Surgere, finitimas Nilo quæ calcat arenas
LESZCZYNIVS PRÆSVL: vehit hoc super astra
Et statim roseis accenditur ignibus axis, (triũph⁹
Auritus volet esse polus centumq; coluri
Ostia, quêis famæ veniant spectacula, poscunt:
Indè dies Pylios; Thitonia sæcula quivis
Optat habere Deus, toto sonat æthere PRÆSVL
Tuq; verecundos, suffusus murice, vult⁹,
Detrectare sacrum cupiebas PRÆSVLIS ostrum
Quem satis appretiat virtus: *hæc nempe trecêntos*
Supplebit titulos, fulgens licet abnuit aurum.
Vilis honor, niveo loculos canere metallo,
Æthiopem malè corde pati. Sibi Numina, census,
Divitibus quævis increscunt viscera venis
Et limosa tument pretiosis flumina gemmis,
At probitas homini pretium: mortalibus inquam
Virtus sola potest pinguem concedere dotem.
Quid facimus? mærens sanctis Luceoria plantis
Accidit, & viduo TE BOGVSLAE Tiaræ
Cũ lachrimis gemituq; orat, ne sperne rogantẽ.
Vtq; magis svevit fugitivas urere mentes,
Fascibus ac multis meritos fortuna lacertos
Opprimere, ut celerem lentet sibi sarcina passum,
Cum

Cum forsan nimius sacro obluctaris honori
Subsequitur novus ecce labor cũ Principe Mitræ
Niq; velis tantos PRÆSVL portare favores
Iam centum venient alij; *mons dives honoris.*
Ceu ubi Phlegræo proles Alcmena Giganti
Congreditur, varias exercent membra per artes;
Viribus Alcides, magnis & viribus Anthêus
Nituntur validi, donec robustior ille
Antheum distendit humi, sed profuit Anthêo
Hic lapsus, siquidem maiori mole fatigat
Alcidam, viresq; novis hinc viribus auget.
Sic honor audaces animi magis exerit æstus,
Quo spernis pie Mysta magis; cumûlatq; recenti
E titulo vires, Patribus TV, Teq; triumphas,
Cedere fortuitò ne quid videaris honori.
Nam TIBI primævos alacris Lucina decores
Sic aptat, niveâ Mitras ut fronte mereri
Et solium posses, nitido rubor excubat ore,
Qui TIBI Præsuleos tali sub murice fasces
Offerat, & vittis speciosa corallia pingat.
Si mistus, rubeâ malas aspergine candor
Mersit, ab æquoreo venisse rosaria Poesto,
Atq; TVIS sedisse genis miratur Apollo;
Et licet informi mundum fera nubila nocte
Agricolis rapiant, pluvios stationibus Euros,
Et mœstas turbent Hyades, si jugerea læto
Aspicias vultu, Charitesq; ex ore propines,
Redditur & cœlo facies, & lumina terris
Arrident facili sphæras animantia luce.
Sæpe per æthereos lustrans Phœnomena calles,
Sol sparsos humilem terræ deflexit in orbem

Cum vultu radios, quoties TE viderat ore
Erecto favisse polis, malletq; iugales
Destituisse suos, vt sic communia TECVM
Sidera portaret Lechis; tamen æthere ab ipso
Demittit radios, formosæ basia fronti
Fixurus, cupidaq; in vultu luce moratur.
Non sic Dardanij pendet Ganymedis ab ore
Iupiter, & prono vultum gravis ustulat igne:
Non sic in vitreis Narcissus fluctuat undis
Et nimiùm formam, se se miratur in ipso.
Quid Caput illustri redimit quod Tænia nexu?
Iam meruit pro sole vices: hic namq; repectens
Ipse sibi radios, proprio circumligat astro
Augustam frontem, Sociumq; in Sidera poscit.
At ratio doctam gignit plerumq; Minervam,
Cûi pater invideat cœli, solusq; cerebrum
Et meritam replere volet pro Pallade mentem.
TV cum Cecropias studijs, dociliq; Palæstra
Flammares animo, victam se Musa fatetur,
Æmulus ire TIBI vates metuebat Apollo.
Scivisti priùs ipse, TUUS quam forte Magister
Diceret, ex ipso capiebas dogmata nutu.
Qualiter Æmonium regeret cum Pelea Chiron
Aptaretq; manum bellis, quo pectore Martem
Ferre domi, qua mente foris sævire, doceret;
Hic suo meliùs, validas torquere sarissas,
Insultare feris, didicit Chirone Magistro,
Miraris longæve senex, & plurima laudas
Quæ vix ipse tuis poteras audere lacertis.
Talibus auspicijs tenero componeris ævo
Ingenio TIBI nullus erat, non indole compar,

Iam

Iamq́, ſatis potuit TIBI portendiſſe Tiaram,
Cum caput ambivit, divi ſacra laurea Phæbi;
Non unus magnos generoſæ mentis honores
Intuitus, TIBI dixit: *eris, ſcio me Augure, Præſul*
PRÆSVL eris, video frontem ſuccreſcere mitris
Atq; manus verſare pedum, cum penna papyro
Aptatur; facies aliquid TIBI grande perorat.
Tum ſatis in patrio ſtudijs exercitus orbe,
Qua Tiberis ſe fundit, agis cum Pallade mentē.
Hîc avido ſenſu, qua Tullius impiger arce,
Qua Cato grandævus Latios rexêre tumultus,
Altaq; purpurei relegis ſubſellia circi,
Et qua parte TVAM locet olim fama curulem,
Sub rubeum vectans LESZCZYNIA geſta GALÆ (RVM
Ipſe notas oculo, votis pius annuit æther.
Aurea non aliter recturus Iupiter aſtra,
Cum Pater à teneris ſolium conceſſerit annis;
Iam tum ſæpe comes venit in conſulta Deorum,
Obſervatq; Patrem, qua mejeſtate triones
Quâ faciè ſuperos, quâ ſpectet mente colonos,
Vt ſimili data regna modo, poſt, dirigat hæres.
Hinc iterum ferves Senonem vidiſſe coronam,
Pariſiasq; hoſpes properè deflectis in arces,
Et quo LESZCZYNII ſtabant ibi Marte Parentes,
Quâ virtute Atavi non ſegni mente requiris.
Hiſtorias partim (quæ pleno margine Veſtros
Enumerant Proavos) partim commercia Regum,
Conſulis, & totum memori ſub pectore ſervas.
Ergone proſperior Lechæis Gallia regnis?
Longiùs Auſonios miraberis hoſpes agones.
Dū Lechus, expectat cupidis TVA Nūina votis?

Reddere TE rurſum nobis quoadusq; moraris?
Iam Ligerim, iam linque Padũ, parat ecce beatos
Altus honor faſces, parat & CERV INSCIVS OR-
Inſignes trabeas, ſacrã LVCEORIA Mitrã (DO
Hactenus externi viventem ſidere cœli
TE magnũ canimus PRESVL; nunc patria qualẽ
Eſt experta domi, qualem nos, dicite Muſæ.
TV quoties inopem, diffuſæ munere dextræ,
Demulces populum, centum ſibi ſæpe queruntu
Dêeſſe manus, largæ quibus aurea flumina gaza
Excipiant, vetus in ſtudio Briareus habetur.
Quanquã centimani tantis, minus uſq; Gigante
Sufficerent opibus; necdum bene condidit unum
Et iam ſe cumulat pretioſi plurima nummi
E manibus ſeries; premitur ceu fluctibus auro
Nullaq; plorat egens fieri reſpiria vulgus.
Quas oculus forſan Divûm præivit in ædes,
Aurea ſubſequitur tempeſtas illico dextræ,
Mirantur patuli radiantia ſidera cœli,
Pulſari toties inopis prece cominùs Iri,
Fervere LESZCZYNIO facundos Nõine ventos
Dum quivis in vota Deũ LESSCZYNIA poſcit
Seu populo cum verba facis, ſibi dulcia vulgus
Mella propinari fluidæ de nectare linguæ,
Hyblæiq; thymos credit libare ſaporis,
Et ſimul arrectâ, quidquid ſeris, ebibit aure,
Non ſatis, elingues etiam ſentire columnæ
Mellea Cecropiæ luctantur flumina ſvadæ,
Et rude marmor amat doctis molleſcere verbis.
Amplaq; vocalem captant propylæa Deorum
Longius Echo ſibi, felixq; reciprocat ara,
Dum

Dum grandes statuæ fanis velluntur ab ipsis.
Seu TIBI flagranti superũ prece Nũen amicas
Vltrò dedit parcis cælestia munera votis,
Nam levis è medio ventus rapit ore, precanti
Verba Tibi, celeriq; polis super invehit alâ,
Vt quodcunq; voles deposcere, manet ab astris.
Quo pia magnanimæ demum submissio mentis?
Quo centum nivei referentur pectoris ausus?
Quos ego? seu tantam potius de poplite lucem,
Et decus immensum pronus veneretur Apollo,
Quod sacra lunari redimit iam mitra nitore.
Non tamen affusam genibus, (calcanea stricto
Quæ vincit nexu, cumulatq; in tempora laurus)
Non PRÆSVL tenuem musarum sperne coronã
At tu Phœbe sile, tacito conabimur ore
Quod laudare nequis, de tantis plura manebunt;
Nunc TIBI felices, o! PRÆSVL, Cynthia menses
Nunc TIBI longævos evolvant Numina soles,
Nec nisi ter Pyliæ deducant stamina vitæ.

IMPERIUM

REGINÆ FLORUM

Auguſtæ SZEMBEKIORUM Roſæ
TRIBVS COLONIIS
Magnanimæ Virtutis, Antiſtitis Honoris, Patritiæ dignitatis.
IN SENATORIA PURPURA.
Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini

D. CHRISTOPHORI

IN SŁUPOW

SZEMBEK

Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ
EPISCOPI CHEŁMENSIS
Domini clementissimi, Paſtoris vigilantissimi, Iudicio Romæ, Liberalitate AVGVSTI, Meritorum Suffragio,
DIÆCESANIA POLLINIS
Vectigali officio,
SARMATICÆ EUROPÆ

APERTVM.

Anno, M. DCC. X. IV.

ENCOMIVM
Armorum SCHOENBEK.

Ver aries aperit, blandi ROSA filia veris
SZEMBEKIÆ Domui, vernat utrumq; decus
Plus & adhuc, tantâ cùm vix effulgurat unus,
Ut geminæ Capreæ, gentibus, Hædus ope.
Ter ROSA dat Lechicæ ver Imperiale Coronæ
Congeminant Capreæ sœcula verna duæ.

JLLVSRISSIME DOMINE, MECÆNAS CLEMENTISSIME.

OCcupat ANTISTES, cũ Princi-
pe murice, murex
Vt Tua, ſic noſtræ limina celſa
Claros.
Nam, quod erat pridem munus
virtutis honeſtæ, (nu.
It Tibi regali purpura miſſa ma-
Vtq; favor Regum plauſus, qvos cenſet, haberet,
Excitat Aonias in Tua vota Deas.
Quàm felix Helicon, rudior licet, hoſpite ſceptro
Ac aliâ felix Inſula parte fuit?
Laurigeras etenim Parnaſſi flexa ſub umbras,
Quod petijt, reperit Pontificale caput.
Sic Tibi, ſic nobis communia gaudia manant,
Te Muſæ, Muſas gratificatur honor.
Sic Tua, quas ferimus, dignabitur ara tabellas,
Hinc quod ameris, & hinc carmina Tu quod ães
Tu juga ſublimi Permeſſia mente frequentas,
Atq; Tuos rurſus Pieris aula Lares.
An potius Sacrum reparat Tua vitta bicollem,
Vnde ſonat dulci noſter Apollo chely.
Hoc rapit in placidam Calaſantia munera dextrã
Nam Phæbea ſimul, curia docta Tua eſt.
,In mare præcipiti decurrunt flumina rivo:

,Ne

,Nereus unde ſuis jura dat author aquis.
,Mellifices ſparſæ per Hybleja paſcua Matres,
,Accelerant, princeps, quâ ſedet arce, ſuus.
Eſt aliquid placuiſſe thronis, & adeſſe regenti,
Omnigenâ Domino commoditate ſuo
Intima privato ſeû permeet atria cultu,
Publica ſeû tractet, cum Iove poſſe loqui.
Hoc tibi divinæ munus vis Palladis explet,
Iudicio Reges, magnaq; regna tenes,
Credidit arcanam Princeps Tibi Lechicus aulam,
Auguſti clavim Cordis, & oris habes.
Hinc eſt Imperium quod reddimus utile Pæſti,
Reginam florum dicimus eſſe ROSAM
Nam ſibi Regales SZEMBEKIA ſerta favores,
Inclinant, animos ſubijciuntq; ſuos.
,Proſperius regnum eſt, affectus vincere Regum,
,Quàm grandes Phrygij Pygmalionis opes,
,Ardua flumineis dominatur populus undis,
,Radices lambit ſubdita lympha ſuas;
,Hic tamen & regnat, qui ſervit fluctibus humor
,Quo ſine truncus iners populus alta foret.
Vivere Regificæ nequeunt ſine Civibus Aulæ,
Quidni plus vitâ ſint in amore throni?
Præſuleis ergo, Princeps, cantabere terris,
Cujus in Auguſto pectore regnat amor.
Nos etiam tantæ perculſi ſidere famæ,
Imperio ſubdi quærimus inde Tuo.

homagiali deſiderio
Illuſtriſſimæ Dominationi veſtræ
Pro Collegijs diœceſanis
Devinctiſſimi
I. D. á M. D.

COLONIA
VIRTVTVM

EFfer in ætherei celſas Hyperionis arces,
Mãſvetumq́; Iovis, disjecto fulmine, Regnum,
Poſt lachrymæ triſtes Hyadas, poſt ferrea Martis (bat Orion
Nubila, quæ nobis ferus ablacta-
Milleq́; congeſtis gelidus Septemtrio caſtris,
Iam plenæ fæcunda ſpei, ſucceſſibus audax
Commiſce Superis radioſam Lechia frontem,
Transfundit ſortes DEVS omni jure Polorum,
Imperijs, juriq́; Tuo, ſe nutibus aptat,
Cùm jubet, ut meritos Regnatrix cura Miniſtros
Ad trabeas, araſq́; vocet, quos ſanguis Avorum,
Quos ſua quæſitæ commendat gloria laudis.
Geneſnenſi necdum plauſu fervere Tyaras
Deſijt, Arcton adhuc calidæ vapor Indicus aræ
Nubibus ambierat gratis, urbs arſerat omnis
Primati, Dominoq́; ſuo, cui Delphica nuper
Munera detulimus, dum Sacrum principis oſtri
Contigit ARCANVM Summæ conclavia ſedis,

Ac pri

Ac primos aditus Gneſnæ, ſtudiumq; canebat,
Quo populus Regni, SZEMBEKIA pertulit Aſtra
Archiduceſq; ſuis, faſces, ſplendoribus auxit;
A votis necdum requievit purpura princeps,
Sũma STANISLAꝰ premeret dũ culmina Gneſnæ
Mox celer Imperij ſe Cancellarius Ales
Inſinuat gravibus titulis, dextræq; IOANNIS,
Atq; ſuam dives regalibus Infula gemmis
Permiſcet gemmam; ſertis, Cœleſtia ſerta,
Ferret, ut auguſti communia ſidera Regni
Altariſq; ſimul, par ſtirps ut ad arma togaſq;,
Sic & ad officium ſacræ SZEMBEKIA Mitræ,
Excellens utriq; decus; poſt Civica rurſùs
Præmia, Livonicis, Antiſtes Maximus oris,
Qualem Tænario tellus hæc tincta veneno,
Hæreſeoſq; malis, qualẽ ſibi Livo popoſcit
CHRISTOPHORꝰ Dõini venit è dictãine ſceptri,
Non ſtetit hìc largis exundans Regia donis,
Omnes, quando, petunt tanto florere Curules
Sanguine, SZEMBEKIO quævis ſtudet aula favo-
Deligitur MICHAEL natis adprælia terris, (ri,
Dux olim Superûm, ſtygius dum pellitur hoſtis
Arcibus æthereis, victi cecidêre dracones;
Alter Atlas, Cracio ſpes Suffraganeus orbi
Præſuleas tolerare vices, & jura jubetur.
Nobile Gargani, ſibi Carpatos alta, cacumen
Saxa ferunt, Hunnas quâ limes diſcrepat Vrbes,
Obſequijs onerata ſuis. Quæ crimina regnẽt,
Præſide ſidereo? quæ Tartarus arma miniſtret,
Angelus innocuas vbi Myſtes fulget ad aras? (MÆ
Tot Procerũ trabeas, cõdit nova purpura CHEŁ-

CHRI-

Christophori sat dote nitens, quē Cracia rupes
Annibalem, dulci sensit patefacta liquore
Eloquij; non triste bibit fel vindicis iræ,
Molli victa manu, non bellatore ligone,
Excubias cui cessit Avis Lovicia Cleri,
Custodem venerata suum, didicitq; cruentum
Civibus afflictis meliùs prætendere pectus,
Illius é miti vultu; quem fœdere pulchro,
Miechoviæ Crux diva sibi, sociavit & Aris;
Insuper arcanæ menti, seu Martis Asylo,
Regia cor credit, Secretorumq; Ministrum
Destinat AVGVSTO; necquis sincerior usquam.
Tantus ades nostris Præsul meritissime Templis
Vt Cœlo, sic grande Tuum sonat omnibus orbis
Gentibus, & semper nomen præesse meretur.
„Res, etenim, quasdam fulcit spes tanta valoris
„Vt nunquam credant, se cespite posse minori
„Repere, sed vel Olimpiferum nituntur Atlantem
Vel juga Athos, Partho scindi tolerantia ferro,
„Vincere, conatum naturæ dote juvante,
„Crescit in adversis virtus exercita castris,
„Deteritur nunquam; negat ingens gloria flecti,
Cæcuba si scissis est rupibus obruta vitis,
Quas Scythicus Boreas maturæ perfidus uvæ,
Aut Notus avulsit præceps, per saxa ruinam
Effugit, & medios silices vi rumpit acutâ,
Inachios pingvi colles tectura racemo,
Ac gravido cladem redimit sibi palmite constans.
Sic quoties putribus, quos injcit accola Nili,
Opprimitur truncis, vel iniquæ fragmine petræ
Martia palma suo meliùs cum pondere surgit,
Insul-

Inſultatq́; humili, jam cœlo proxima, glebæ,
Quæ niſi victorem nata eſt ornare Gradivum.
Non capit Æmathius regnorum ſidera limes,
Qui nec Alexandrum, ſceptris majoribus orbis
„Strinxerat, aptandum. Mens inlyta ſe ruit ultra:
„Quem præbet ſtimulũ, nitendi ad maxima, virt⁹
  Hæc Te purpureis PRÆSVL cõmiſcuit aſtris,
Hæc aras ſervire jubet, redditq́; Tyaræ,
Cujus ego celſas ſi carmine ſtringere dotes
Aut pulſare chely præconia debita tentem,
Ionium pelagus, Rhodani compingere ripis,
Sive brevi vaſtam Marathon damnarer in Iſthmo
Claudere, quæ denſis Medi ſuffecerat armis,
Aut, ſi pro modulo Muſæ, preſſiq́; laboris
Quid minùs aggrediar quod Tu propè deſpicis ipſe,
Ingenij vires ſuperat, totoq́; gravari
Sentimus cœlo, quid ſi Civilia ſerta,
Si veteres palmas, & curam Principis aulæ,
Si Themidos, legumq́; cani permiſeris actus,
Quantæ molis erit? quo ſunt hæc digna lacerto?
Quis benè fert Superos niſi fortior Herculis armus:
Aût cervix Siculi nervis animoſa Tyranni,
Hos manus haud meruit pueri Gãymedis honores
Ambroſiam licet ille Iovi, Superiſq́; propinet.
Dicere, quid teneros poteras egiſſe per annos
Maturus juvenis, quantis Tibi conſtitit ætas
Laudibus inferior, generoſæ flore juventæ
Quæ dedit è cunis infans præſagia vultus,
Eſt aciem tentare Phlegræ, gladiumq́; Typhæi,
Quo magis inſignes præſenti murice faſces?
Et jam ſub claris ſudantia tempora Vittis?

Aût

Aût quid in AVGVSTI curis, quid in ordine præ-
Patricio? quali vigilas cælestibus aris (stas
Tutelâ? quo jussa Tibi parere labore
Templa juvas? avidus recti, nostræq; salutis.
Virtutum Te summa penes, Tu regula legum.
Iustitiam quis amet? de Te sibi poscat Ideam.
Sit quicunq; rigor, duri sub fronte Catonis,
Gnossia perpetuis emungant crimina mulctis
Æacus, & socij, vacuas â litibus urnas
Advertent, quoties Lechicum Tua jura Tribunal
Audijt, & tristem melior sententia culpam
Sub lictoritias damnavit scripta secures.
,Rarior hæc Phoenix; etenim mortalia jussa
,Semper habent mistos, quâcunq; ex parte favo-
,Iudicium Paridis, Cypriæ præstantia formæ (res
, Posthabitâ Iunone gravat; quis amantior æqui
,Rege Phrygum? nisi dira fames corrumperet auri
,Mite forum, cui Plutus opes in fercula mensæ
,Obtulit, ac avidum pressit cibus aureus orbem.
,Æquali nil lance venit sub judice nummo.
,Ara Sacræ Themidos tinnitus oderit auri;
,Æs vocale canit miseræ sua funera legi.
,Attamen est rarus, qui spernat munera Consul.
Te nec Aventini fasces, nec gratia vultûs,
Nec vis ulla lucri, recto de tramite flectent.
Lydius, est alijs Præsul Tua Gemma Tiaris.
Hinc pretium captare suum, nævosq; videntur.
Multa Numæ pietas Romanis intulit aris,
Hæc tamen ille suæ debet miracula Nymphæ;
Insignis Superûm cultu, sed vincitur armis
Testorius Calchas, nec quod jubet aula Polorum,
Sed

Sed quod habere ferox mavult Agamemno tuerur
Pluribus aut Princeps turbavit Curia ritus,
Aut spes diues opum, ne cœlica jussa subirent,
Et plectenda levi mulcerent crimina dextrâ,
In Te nulla locum reperit formido potentis
Imperij, nullusq; labor Tua brachia fregit;
„ Sat Dominum timuisse poli: Diversus honestat
„ Diversos proceres stimulus; quibus indolis altæ
„ Fulget honor, plerumq; gravat sua munia fastus;
„ Despiciunt vulgus; quibus est ad publica fervor
„ Negligitur pietas; Boreæ certamine præstans,
„ Succumbit Zephyris; adversa pericula frangens,
„ Incidit in molles Paphio de stamine casses;
„ Mel dat Aristæus verbis, sed Vlyssea mens est.
„ Mite supercilium Priami, sed pectoris arcem
„ Ajacis furiæ servant; hic tardus in iras
„ Sed gravior, justumq; supra cùm punit, habetur
„ Hic præceps, sed lenta statim dat carbasa ventis'
Impermista Tibi bonitas, sic recta Tyaram
Dirigit, ut nullo vitio mutetur amussis.
Sic Tibi jam primos virtus instruxerat annos,
Vt nullas paterêre notas. Qui classibus olim
Assertus fueras Cleri, quâ fronte beatus,
Omnes officijs, humili gestuq; manuq;
Præveniens omnes, qualem Te redidit aris
Primitialis honor, talem nunc purpura vestit.
Vnde licet magnâ necdum fruerere curuli,
Sidereum Craci necdum Conclave subisti,
Necdum Lovicij meritis Collegia Custos,
Ornabas titulis, jam tunc spectabilis ostro,
Jam facie venerandus eras; nitor arduus oris

Spira

Spirabat trabeas, & eum, quo murice fulges.
Vt verò majora tulit Tua prœmia virtus,
Vt Te concilio Sacri Suffragia circi
Præposuere suo, quivis gaudere Senator,
Et quævis plebs visa Tuis subscribere votis,
Quam rursûs placidæ solaris munere linguæ,
Et studio majore foves; si qvando petendi
Causa fuit Superos, dum vel fera bella minaci
Intonuere tubâ, Patrias vel pestifer äér
Conficeret sedes, quis Te, prior atria Templi
Et Divûm pulsare fores? quis thura Sabæi
Vrere virgulti? Cœlestes spargere mensas
Mærenti lachrymâ, Grajis meliore juvencis?
Submissum curvare genu, nudoq; frequenter
Impingi lateri? nec finem ponere donis,
Pauperies quæ rauca tulit? cessere coloni
Spe fracti dubiâ, solus sine luctibus ullis,
Intrabas tristem cunctis mirantibus urbem
Prostremus, Superûm linquens solamen habenis.
Sic, ubi succensæ violentis ignibus ædes,
Magnâ strage flagrant, teneros vel discola nidos
Prædatur juvenum rabies, quo Daulia mater
Deposuit pullos, luteoq; revinxerat orbe,
Nunc sublime volat, quasi Numinis invocet iram
Nunc redit, & medios clamâs perrūpit in ignes,
Aut rursus querulâ prædonem fauce precatur
Parceret ut nidis, aut plantas præpete jactu
Anteit, ac humili jam jam prosternitur alâ,
Sedula de certis, ni libret pignora, damnis.
Nec Tibi tunc primò tantæ Probitatis alumn⁹
Cessit amor, semper facilis mens, pronaq; vulgo,
Sem

Semper in officijs volvi popularibus optas,
A puero; molles is honor possederat annos,
Et curæ gravioris onus, vix sufficis artus
Ferre Tuos, jam justa vigor fuit integer orbi
Commoda, supplicibusq; reis optanda tulisse
Cum qvis, aut nimijs oneratus censibus ibat,
Aut plecti merito pro crimine subditus author
Debuit, expansis longævi colla parentis
Prensabas manibus, lachrimâq; per ora cadente,
Parceret, orabas infans, censusq; levaret.
Nil leve moliri, nullis impingere gestis,
Maturæq; decus semper præferre senectæ,
Incessu, rigidoq; loqvi miranda Catoni
Cura fuit potior, placidos quàm quærere lusus.
Felicem se quisq; tulit, cui contigit esse
Vicinum lateri, blandæ qvem gloria frontis,
Et vultûs fortuna suo recreaverat astro;
Multaq; præsagâ Tibi dixerat aulicus arte,
Quæ jam conspicimus, regalia dona venire.
Talis in Iliacæ fulgebat cætibus aulæ,
Hectorides parvus, sed jam metuendus & acer
In palmas iturus Aui, Patrisq; trophæa,
Dulichius tantam ni spem rapuisset Vlysses,
Qvem tamen æterno deflet gens Dardana luctu,
Blanditijs evicta suis, & amore juvandi
Pergameos cives, Priami cum svaviter iras,
Immitemq; feri deflecteret Hectoris ensem.
 Membrorum, formæq; nitor Tibi talis haberi
Visus, & erecti pacata modestia vultûs,
Angelus ut credi posses, terrestribus aulis
Incola donatus; quocunq; subire volebas
Cedere majori spatio, vel sedemoveri

Obvia turba Tibi prono celerabat honore.
Tu ſvavi mox qvemq; manu, geſtuq; ſalutas
Et pudet ingenuo comitum certamine vinci.
Palladis interea ſtudium conſtantior ætas
Svadebat, totis qvo viribus ipſe ruiſti,
Contentus ſtimulo mentis, ſine quâlibet umbra
Phylliridis ferulæ; lachrymis lugubribus aula
Vndabat, nimium dulci ſpoliata Patrono,
Pierij cecinere chori, plaudebat Apollo,
Indole, quam reges colerent, genteſq; potitus.
Tu medius lachrymas inter, feſtivaq, Muſæ
Carmina ſpe Patrios magnâ componis alumnos,
Dotibus egregijs cumulas ſolatia Phœbi.
Hic quantâ cum laude præis æqualia Tyro
Agmina? quo ſuperas claſſes fervore minores?
Quâ fontes hauſiſſe ſiti ſvadæq; metriq;,
Quâ canones didiciſſe voles? effingere carmen,
Et Delos cortina nequit; nos usq; videmus,
Qualis eras, tantos qui formabaris ad uſus.
Iam tunc Vavelijs, jam tunc Chelmenſibus aris
Conſpicuus, tenero licet arctabaris in ævo,
,Flos juvenum pulcher. Viridi ſpectatur in herba
,Quam ſpecioſa Ceres flavis undabit ariſtis,
Certaq; Triptolemus jam jam ſibi gaudia fingit
Auricomæ meſſis, circumſpicit horrea frugum,
Vix exorta ſeges denſo proruperit auſu
E glebæ vernante ſinu, vix jugera texit,
Diſtinctâ ſerie percurrere ſingula fas eſt,
Sed præſens nos arcet honor, qui publica ſerta
Aucturus proprijs; Tibi, Majorumq; triumpho
Erigit inſignem Patrijs ſplendoribus Arcum,
Omnigenæ virtutis ubi faſtigia cernas, Et

Et sic consuluit nobis; nam sparsa per omnem
Latiùs ætatem, licet hìc spectare trophæa,
Sollicitâ collecta manu; frons pulchrior Iri;
Mulciber Illyrico corpus contexuit auro.
Virtutum numerosa cohors, spolijsq; decora
Pugnacis vitij, rutilo cælata metallo
Insedit medium; Subtus Lernæa Tyrannis
Tænariusq; lacus captivâ compede tinnit,
Palmares utrumq; latus texêre coronæ;
Desuper ignescit radians adamante Tyaras.
Hic miti cum Sole statu Clementia certat
Innubis placido vultûs perfusa sereno,
Invitoq; rapit Lypareja tela Tonanti.
Sub pede barbaries, atræq; ferocia bilis.
Diva Themis dat jura penes; redolentia cingunt
Serta caput, fortemq; manum, quæ Civicus illi
Nectit amor, facili servatis Civibus æquo.
Ancipites solium stipant hinc, inde bipennes,
Quas irata fero divexant crimina morsu.
Hic pax, hic pietas, varijs ornata videtur
Exuvijs, quas bella sibi, quas cedit Acheron,
Inter Athon longo Persæ sudore subactum
Et gelidas Pœnis effractas ensibus Alpes,
Stat multâ nimium felix patientia lauru.
Mox aliæ, ac aliæ quævis sua stemmata gestant
Quælibet effrondens partis de crimine sertis.
Relligio, candorq;, Charis, probitasq; fidesq;
Et spes, & centum sceptris prudentia præstans.
Desuper illarum, viridi distincta smaragdo
Carmina, quæ memori narrabunt sæcula plausu

Pompilij probitas, Augusti gratia vultûs
    Temperies Fabij, gloria prima thronis.
Scævola flammarum patiens, sine crimine Brutus
    Plus gladio præstant, æquanimisq; Cato.
Optavit Decios fortes, rectosq; Metellos,
    Fabricios humiles Roma superba sibi.
Cedant Scipiadæ duri, Drusiq; potentes,
    Solus, ut hos adimas, omnia PRÆSUL habes:

COLONIA
ANTISTITIS
HONORIS.

IMperium fortuna Tibi moderatius aptat.
Sed non inferius sceptris, hæc corpora tantum.
Civilesq; regunt metuendo fulmine sortes,
Urbibus impendent gladio, gravibusq; tributis,
Non animis hominum; jus extra spiritus omne est
Quem nulli licuit flammisve, ferisve Tyranno
Inflexisse, suas ut amaret candidus aulas,
Integer in pænis; animas & pectoris arces
ANTISTES sibi flectit honor; conclavia cœli
Pontificum præclusa seris, quid Purpura quæris?
Iudicium patitur Vestrum; regale Sacerdos
Infula Salemij venerando ex ordine sceptri

Con-

Consequitur munus; sic cùm dominante Tyara
Accipis Imperium cordis, mentisq; poliq;
Captivas animos populi dulcedine vitæ,
REX simul, & Præsul; sociat Tibi vitta coronas.
Vavelias Princeps ubi declinavit ad arces
Lubienius, svavi populos in amore relinquens,
Atq; siti flagrante sui, quæ Rossia torquet
Mænia, jam senas Chełmæ probus incola messes
Absq; pio Pastore legit, seû Purpura Præsul
Terrebat gravibus curis, seu nullus Atlante
Submoto, voluit forti par Herculis armo
Sustentare tholos, seu Tu maturiùs aris
Expectandus eras distento Principe curis,
Quem daret insigni, sed mille laboribus auctæ
Non opibus terræ, post tot pia sidera regni,
Templorum, fideiq; Ducem, qui plurima posset
Damna pati, modò tuta salus sit proxima semper,
Quiq; libens toleret Patriæ dispendia sortis,
Vt Cives addat Superis; quod parcius arvum,
Quòd census humiles, villanaq; tecta recusant,
De proprio paret ære sibi, majore legendus
Talis erat studio; quæ fausta, capessimus ultro;
Afflictæ manus ægra rei, lentèq; ministrat.
Mæonio quivis optat succedere Cræso,
Irus egens hærede caret; properatur ad Indos,
Pauperies Ithacæ fugitur terrâq; mariq;.
Itur & in sensus Procerum, quibus ardua rerum
Conditio, qualesq; patet, volet Insula vires,
Et sic collatis aliorum regia votis,
Equà lance virum tantis accommodet astris.
Tu solio regnoque places, Tibi calculus omnis,
Innocuo candore favet; sub sidera CHEŁMÆ,

Tu legeris, placitum ſancit Tyberina poteſtas;
Tu plures alios, quos æmula libra vocabat,
Dotibus & meritis ſuperas; patiente lacerto
Hìc opus, inter opes modicas, ſed dura Ruthenæ
Pectora, quæ Siculis niſi moveris ignibus, Arctos
Te nec Fabricij trito ſors nixa ligone
Nec Curij cenſus, nec Quinctia raſtra, laborq́;
Diſtinet, accedis jubari, jubar utile, CHEŁMÆ
Præſuleæ radios vittæ, mens aurea ditat,
Majeſtas Cathedræ celſo ſeſſore ſuperbit,
Omnia reſpondent votis; comitata Parentem
Nobilitas pharetrata ſuû, quam plurima præfert
Gaudia, lætitiæq́; modos; patet area quævis,
Quælibet æſtivis venienti compita ſertis
Ornantur Domino; Superûm delubra petentem
Officium Cathedrale præit, gaudetq́; modeſto
Præſule ſolari; volat undiq́; ſubdita vulgi
Turba, ſenex juveni miſtus, matresq́; puellis,
Paſtorem venerata ſuum; Tu maxime Præſul,
Inter congeriem populi Lux inclyta fulges
Ararumq́; ſalus, Tu curas vulnera verbis,
Quæ ſibi tot ſpatijs triſtes aluère ruinas.
„Antidotum miſeris præſens eſt gemma Tyaræ,
Tunc melius nituiſſe poli, tunc aſtra toroſum
Deſeruiſſe ſenem, terraſq́; petiſſe videntur,
Paſcua Ruſſorum dulci tunc rore nataſſe,
Atq́; novas crinita Ceres Trinacride meſſes
Evexiſſe, Tuis, ut crederet, agnita terris.
Exceſſit Bugius ripas, nucibusq́; revinctus
In ſertum, vitreas plaudenti gurgite lymphas,
Ut piſcoſus Aper, Vepryum dixêre Rutheni;

Civibus elicitis rapidô quos præterit amne
Collegere Tibi, suplex ubi purpura Chełmæ
Præsidium terræ Sacris cum juribus offert,
Sed tali, quem nulla movet formido malorum,
Quem neq; fertilitas fundi, nec pingvius arvum
Nec Libicæ recreare rates, nec Gargara possunt,
Imò nec imbriferi glacies truculentior Hædi,
Arcturusve cadens, non mendax terret Eleusis,
Quem nec blanda capit fallacis cura voluptæ!
Sed nec amarities rerum, duriq; labores
A recto rapiunt; nullus Tibi gratior usus
Lucis erat, quàm posse rudi succurrere plebi,
Desertas Superum sedes, Cleriq; ruinam,
Munificâ sarcire manu, præire, volentes
Supplicibus pulsare libris Tua limina, Cives.
Cûi non somnus iners, non desidis otia vitæ
Non grandes reditus, non res acceptior ulla,
Obsequijs populi. Quis acuti tela Lutheri
Reppulit? aut multâ regnorum cæde tumentem
Calvinum? validis melius frænavit habenis?
Absq; tamen clangente tuba; Tyrinthius, orbis
Fabula, quidquid agit, per Dorica mænia spargit
Vt laudi fera monstra suæ metuendus adornet.
Mæonium vatem,, qui strenua gesta notaret,
Optabat Macedo, ne quid sine fœnore fastûs,
Patrasset, mundiq; metu. Tibi nulla cupido
Fastorum, præter quod rectê feceris, ardet.
,Sat benè concilit longum sibi Nominis ævum,
,Qui caluit virtute pugil. Non classica famæ,
,Non nos Pieriæ commendat gloria buxi,
,Vel tuba, vel clãor populi, quod gessimus intra

Arca

„Arcanas ſepes, exotica mænia clangunt.
„Quantumvis lateat, nullâ generoſior actus,
„Nube tegi poterit; tacito tumulata profundo
„Enatat, & grandes incendit gemma coronas.
Sed quamvis præter popularia vota tubaſq;
Es tibi conſpicuus ſoli, cœloq; notanti
Præſuleas Laurus, Erebi præclara trophæa
Sub juga compulſi, tamen urgent acta Parentum
Vt princeps Fortuna Domûs Tua ſerta coronet,
Et ſolido ſculpat non interitura metallo.
Quod nimium ſtudioſa facit, regnoq; Roſarum
(Vernat ubi veteris flos exantlatus honoris
Szembekij, pulchroſq; parit ſacra purpura fructus)
Provida conſignat. Regni vis nobile Pœſtum
Non hoc quod tepidis animat Lucania ventis
Bis fœtu, bis meſſe tumens, & munere Floræ.
At quod purpureas pro floribus educat aulas,
Totq; Roſas quod ubiq; viros, quod ſidera Gentis
Szembekiæ cenſet. Virtus adamante coruſco
Mænia circumdat; nil hic vel Mulciber auctor
Mendacis Lyparæ, vel quæ Priameja finxit
Pergama, Rectoris pelagi cava trulla laborat.
Phœbæus nil ſudor habet; Virtutis honori
Cedit opus; rutilas gravat aurea teſta plateas;
Gemmis tecta nitent, gemmis diſtincta Penatum
Limina; quæ ſeries majorum ſplendida replet,
Nominibus ſubjecta ſuis. Patet area grandis,
Mite forum Pæſti, ſuſpenſos arcubus hortos
More Semiramidis Floræ, ſub ſidera portans.
Hic fasces Procerum folio vernante comantur,
Infula Pontificum viridi radioſa ſmaragdo

He

Heſperias vitiat ſylvas, hic Purpura florens
Præſuleumq; pedum, nemus æquavere Timoli
Aut lucos Nemees, hìc doctæ laurea frontis,
Ac oleæ pacata viret ſine ſentibus arbor.
Non tot in Ennæo certatur odoribus arvo,
Cùm formoſa ſuis legeret Proſerpina ſertis
Præcipuum de flore decus; pronæq; Roſarum
Gemmantes ultro digitos incurrere frondes,
Vltro thymum flagrat, quivis ſibi dotibus audax,
Hâc cuperet quivis dici flos judice pulcher.
Deſuper eſt Templum, Szembekia Flora tuetur,
Quo Patriæ referuntur opes, ubi fulget Imago
Plurima Majorum, ſacris redimita Tyaris;
Nam niſi Pontifices ſolos hæc Curia ſervat,
Et quidqvid vario niſu ſtat ubiq; peractum,
Quidquid honoriferis potuit caluiſſe triumphis,
Ingentes cæpere tomi, faſtiq; capaces;
Huc Fortuna volat, tantos quæ connotat auſus
Szembekiæ Gentis decori, meq; evocat ipſa.
Tunę voles merito Szemkekia carmine facta
Præſuleum cantare jubar? res ardua Muſis:
Mæoniâ pulſanda chely, vix Ennius implet.
Pelidæ gracilis malè ſuſtinet arma Patroclus.
Si tamen hic ardor, ſi te fiducia metri
Præcipitat, ſupra tenues aſſurgere vires,
Ne quid deterius geſtis, ignarus Avitæ
Laudis agas, his Te provectior incola dictis
Commoneo. Nitor iſte vides Antiſtitis Aulæ,
Quas ſtudium Patriæ, noſtri quas Martis arena
Præſidijs aluere ſuis, hinc eximo palmas,
Mox aliâ clypeos demonſtratura Palæſtrâ.

Ordine manet honor. Primâ dat Gnesna curulim,
Primus in hac templi facie, miracula mundi
Stanislaus obit. Iuveni vestigia Regum,
Qui senio Latias illustravere coronas,
Ac ipsum spectare caput septemplicis Aulæ
Emeritos terno cinctum diademate canos,
Feruor erat; crevisse, scias, sibi littus Hetruscum,
Majori Tyberis fluctu per Daunia prata
Isse videbatur, quo tantus venerat, hospes;
Calcavit Venetas Syrtes, ascendit in Alpes
Annibalis prægressus iter; populosa Viennæ
Mænia lustravit, Rheni, Rhodaniq; corymbos
Aspexit, Patrios ut transformasset in usus.
Sed laurus oleis, positâ cessere juventâ,
Ac oleum Mystale, fero plus sanguine Thracum
Penditur, ætheream quod dextram tingit arenæ.
Purpura læve sagum, galeam prior Infula pellit,
Præficitur Craciæ dum Suffraganeus oræ;
Hinc alijs, alijsq; via est adaperta Tyaris;
Iam Claræ tumbæ, Lethæi gurgitis expers,
Et nisi vitali quosvis virtute labores
Agressus, niveis legitur candoribus Abbas;
Iam Tinecensem meritis accendit Eremum;
Mox sibi purpureos defert Cujavia fasces,
Atq; Pomeranæ, quas Tethys alluit, Vrbes,
Donec in evectum Gnesnæ conscenderet axem,
Omnibus anterior titulis, à Rege secundus;
Nuncquoq; seu Patriæ sertis, seu consulat aris
Excelso dat utrumq; gradu, mediocre relinquens,
Illis consilium, quos gloria summa fatigat.
Totus in obsequijs Superûm sic publica Regni
Com

Commoda proſequitur, ne quid diſcedat ab aſtris,
Proximus in trabeas, cōplex quem faſcia junxit
Aſcendit Michael, cœlo venerabile Nomen.
Externæ, Lechicos, illi plus gloria vittæ
Proritat titulos, facilis quam Roma miniſtrat,
Cum legitur Cracij ſub nobile pondus Olympi
Pontifices, toto ſe, Suffraganeus aras
Et mundi fulturus opes; fregiſſet & ipſum
Hic labor Alcidam, ſed pulchra meſſe decori
Eviruit noſtro tam lata provincia Myſtæ:
Hercule fervidior, pro clavâ, nutibus ipſis,
Pro facibus, flammāte domat prece virus Echidnæ
Biſſenoſq; ſupra, victor ſudoribus undat,
Vt ſceleri præcludat iter; quod ſurgit in æſtus?
Quantâ mente ruit? Vavelum trangreſſus & arces
Carpathias, celeremq; Rabam, lapidoſaq; prata
Vndiq; Popradijs procul incumbentia ripis?
Vandalus exarſit zelo; ſtupuere latentes
Rupicolæ ſe poſſe ſuas evincere rupes,
Extirpare rudes per inhoſpita marmora mores,
Inq; vicem plantare novas ſine crimine laurus.
Quo venit Heſperijs Sol eluctatus ab undis,
Nox quærit fugitiva ſpecus; virtutis honori
Barbaries inculta licet, cum fænore, cedit.
Miraris Lechiam tantis ſplendeſcere Ceris?
Quas ſibi Romuleæ ſedes, quas optet Iberus,
Quas mundi pars quæq; petat, nunc ſubdita flectit
Colla Livo. totamq; ſimul cum murice Gentem
Chriſtophoro defert, cui Livonis Infula ſervit.
Rarus eo ſuperas dilexit largius aras;
Non ſic patritios cultus, non commoda vitæ,

Vt

Vt miseras ædes, altaria diruta curat,
Aripluâ recreare manu. Clementia fertur,
(Deucalionæ post horrida monstra procellæ,
Quæ de marmoreo terris clivisq; profundo
Protheus impulerat, rigidus per cærula pastor,
Vt siquidem Mauris humana ferocia pardis
Creverat asperior, campos, Vrbesq; replerent,
Immanes, hominum vice, balenæq; pecusq;
Squammosum Pelagi; deleta rapacibus undis
Majestas orbis, jactis nisi post sua saxis
Terga Promethides, sociâ consorte novasset
Demersum mortale genus) legisse, quod illa
Duritiæ vacuum pectus, Rhodopæaq; saxa
Exhorrens peteret, reperitq; fuisse recentis
Astibus effectum populi, pro rupe feroci
Ceratos ut Pyrrha globos jactasset, & inde
Quosdam de liquida concretos surgere Cera,
Molle cor, & molles animos cessisse, simulq;
Crudeles fugiens silices, ea corda subivit.
Hæc eadem nostro Clementia Præsule gaudet,
Atq; suas miti sedes in pectoris arce
Collocat, imperij magnâ dulcedine captâ.
Hæc sævos Livones, varioq; errore calentes
Obnitente sibi, blando jubet æmula cœli
Ferre supercilio, discinctos excutit enses.
In pœnis hominum, suaves plus posse favores
Quam Siculum, credo, ferrum, gladiosq; Neronis.
Nam seu fronte gravi luxatos presseris artus,
Materiam præbes odijs, seu jussa recusent,
Deterior primis accenditur ignibus ignis.
Quos in se populi sensus averterat ille!

Ilic

Ille! Paternarum ſpes, & fiducia rerum,
Deliciæ gentis, Lecheæ gemma coronæ!
Quot ſibi præſtantes titulos? quæ ſerta parabat?
Quot faſces merito clementia regia civi?
Quot trabeis, vittiſq; caput ſignaverat æther?
Ille! decus Cracij, raris hæc gloria ceſſit,
Concilij, permitte gravem dolor improbe luctum
Effari; quæ vota tulit felicia Regni
Antonius! gelida ſed flos emarcuit umbrâ
Vix deſiderio Lechicum perſtrinxerat orbem;
Indolis auguſtæ quod fulſerat, urna capeſſit.
Rarò diu, quæ pulchra nitent; dum clarior ortum
Eois ſubvèctus aquis dedit, imbribus atris
Involvet ſubitò terras, & Nerea Phæbus.
Hinc Graviùs lædit breve, ſed ſine nube, ſerenum.
Quã Ludovicus opem regnis ſpondebat & aris?
Moribus & comi multum ſpectabilis ore;
Expreſſit candore ſuo, quæ nomine præfert
Lilia, ſic nullo paſſus liveſcere fuco,
Nullà ſuſpectæ ſpeciei tingere verba
Doride, ſed lacti caſto, nivibusq; putares
Eſſe modum ſimilem, quo candida verba ferebat,
Nunquam vox aliud ſonuit, quàm prodiga dextra
Falſa loqui nunquam, ſed nec promiſſa negare,
Nullas edidicit, quas fraus infaſcinat, artes.
Et tamen imprudens, aulis, ſincerus habetur,
Qui tacitam Dircen, ſvavi condire loquela,
Inſidijs lætos habitus, hyemiq; ſerenam
Protheus infelix poterit præfigere lucem,
Eſt cautus, juſtæq; tenens commercia libra
Quid tuus Antiſtes? cui Tejâ niteris arte,

Et magno sudore Claros? quæ dotibus astra
Christophorus cumulat? quali splendescit honore
Sidereæ mentis? quo pristina sæcula plausu
Retrotrahit, præstatq; thronis, quod fortis Avorũ
Curia præstiterat? certè nec faustiùs usquam,
Nec potuit rexisse sacras quis justius aras,
Exemplo, non lege jubet; quæ fecerit ipse,
Persvadere studet, non vi Bussiridis iræ,
Sive Perilleo cupit extorquere boatu.
Pastoris cum pace minas, sine sanguine ferrum
Intentat, quoties lapsæ temeraria plebis
Barbaries peccat, nec amaræ grandine tristi
Afficitur lachrymæ, nec seriùs abicit ensem,
Quam reus implorat, fuerit nisi causa polorum,
Quæ veniam meruisse negat; Deus improbat, omnem
Dissimulantis opem, calcato Numine, sceptri.
Dicite Sarmatiæ volucres, quis promptior ivit?
Seu fulmen, seu mite throni Clementia jussum
Detulit? Æolios æquaverat ille volatus,
Vt mentis Domini, sic Secretarius Aulæ,
Cùm piaMajestas quidquam sibi credidit ipsi;
Tale ministerium Macetis nec Ephestio regnis,
Epyrota tibi cultus nec præstitit unquàm
Cyneas, varijs nec circumspectus Vlysses
Consilijs, tot sæva modos in funera Tròúm
Tantalidæ dederat forti, quod in ardua noster
Contribuisse volet Thracum Szembekius arma.
Intactæ semper fidei, non aureus imber
Acrisij terror, non ulla ferocia Martis
Illum de rectæ submovit tramite legis.
Occultâ sævire viâ nil turpiùs unquam,
Aût

Aût in amicitias ſtudio prorumpere lucri,
Aût variare ſuos accepto munere ſenſus,
Aut veſtire dolum nil eſt inhoneſtius illi.
Quidquid agit, ſolido faſtis adamante notatur,
Non velut æquoreâ mutabile ſtaret arenâ;
Mobilis ingenij fluctus, ceu toxica vitat,
Nec quod cōmoditas, ſed quod ſibi ſuaſerit æquū
Aggreditur, faſtidit opes formidine partas
Oppreſſæ plebis; celeri benefacta favore
Compenſat, memores offenſæ negligit ictus,
Quod pœnæ fuit inſtar eis, qui lædere vellent,
Irrita ſed vano vis eſt abſumpta furore,
Cùm nihil, advertunt illi ſua tela nocere.
Sic projecta Iovis metuendo fulmina ſceptro,
Riphæas quoties rupes, aut ſaxa flagêllat
Cynthia, quo feriunt ictu, læduntur & ipſa,
Rupibus immuni ſævos ludentibus ignes
Culmine, qvi fractis amittunt viribus iram.
Sic ubi conſtantes ſcopulos violentius æquor
Aſſilit, & tumidis latus undiq; verberat undis
Immoti tolerant rabiem, fluctusq; ruentes
Sic tergo patiente ſecant, ut victa latratu,
Et triſti mimium queruletur murmure Tethys,
Quæ voluit nocuiſſe priùs, manet integra virtus
Audacis ſcopuli. Tali ratione triumphat
Chriſtophorus rectæ quæcunq; pericula famæ.
Vis dicam brevibus? viget hic, quod ſuſpicit orbis.
His fortuna Domûs ubi me perterruit aſtrjs,
Submiſsâ tinnire chely, plectroq; minori
Cogor, adorandos metuens offendere Divos,
Hæc tamen adîjcio Solijs, Templisq; legenda.

Quid

Quidquid Alexander magni, quid præstitit Ajax
Magnanimi, quidquid Pelias hasta boni.
Hectoreos ausus, metuendas Cæsaris iras,
Et Minoa probum, Trojugenamq; pium.
Aût si præter habet quas maxima gloria mundi
Christophori recto pectore condit opes.

COLONIA
PATRITIÆ
DIGNITATIS.

DIximus eximios fasces Antistitis aulæ
Vittarumq; recens pretium, nunc sanguine quali?
Qualibus excellis Præsul Meritissime cunis,
Et quanto de Patre venis, labor inde premendus.
Multa per Odryssas acies, Ryphæaq; castra,
Serta tulit, Dacos gladijs compescuit enses,
Nervoso Scythicos arcus exterruit arcu:
Sulphoreos Asiæ restinxerat ignibus ignes
Taurogetam proprij rubefactam sanguinis amne
In Crimeas pepulit Propontin abire paludes.

Seu Valachi fraudes, volucris seu furta Geloni,
Multanasvé faces, Cosaccorumvè furores,
Vi pressit meliore manûs; castrensibus Istrum,
Atq; Tyræ ripas aquilis lustravit, in ipsam
Moturus Rhodopen, nisi Civica laurea canos
Pacatis ambire comis, succurrere forti
Consilio Patriæ, positis exposceret armis.
Vnde Cameneci mox Castellana curulis,
Terpejâ pro sede, suos dignata labores,
Experta est Fabium cui dextra peritia linguæ,
Quàm centum clypei, plures, gladijvè Metelli
Accumulant palmas; seu docto circus Equestris
Exercendus erat Patriæ certamine svadæ,
Sivè salutari recreandus voce Senatus;
Nulla trahi voluit sub jus, rigidasq; bipennes,
Quæ non causa suum foret ingressura Tribunal;
Nullus agi sub rostra reus, qui Iudice tanto
Non petat absolvi; Procerum, populiq; querelas,
Pacificis lenire modis, componere scissos
Invictâ ratione viros, fera prælia fratrum,
Quæ solet in Patrium successio nobilis assem
Innumeris generare malis, superarbiter ipse
Exarmare probus, studet hâc, quâ nemo, medelâ
Sed si nec Geticæ laurus, nec Civica serta,
Purpureum suavi recitarent laude Parentem,
Sufficeret fæcundus honos, augustaq; proles;
Quæ trabeas regni, quæ culmina summa fatigat
Castra quidem, pulchris exornant sceptra triumphis,
Sed fit id insignis damno plerumq; juventa,
In claris spes una toris, qui Civibus orbem,
Implent signa viris. face nil ignescit Hymenis

Dignius, æterno procerûm quæ lumine fulget.
An foret hoc decori Nemees? procera jugosis
Frondibus in cœlum si surgeret æsculus una,
Et non sylva minor maturâ glande renascens,
Cingeret immortale latus? nec fulmina prodest,
Iratumve Iovem, nec sævi prælia ferre
Hippotadæ, ramo, frondescere rursus, adusto,
Si tener in vires, & bella ferocia quercûs
In circum non crescit honor; laus optima stirpis
Quāta Tuus Genitor Præsul placidissime serta
Quot populi sibi vota ciet! quot præmia Regum!
Qui tot honorificos possedit sanguine fasces,
Et Te Præsulibus dedit Augustale Tyaris.
Efficis aurifluo decocti munere sensûs
Consilijsq; probis, & Avitæ moribus aulæ,
Ne desiderium Vestri speciale Parentis
Patritium robur, trabeataq; limina tangat,
Æquali cervice studes portare thronorum
Ac populi curas, simili quæcunq; lacerto
Fers adversa stygis, nec, quid sit cedere fatis,
Novisti; Proceres tanto molimine captas
Vt divus Genitor; Nomen Vos dividit unum,
Atq; pares animos, nihil hic audere protervum
Crimen, aut laxo nutrita licentia jure,
Nil tentare novi tumido trux hæresis ausu;
Nil Pastoritijs obniti quærit habenis.
Diligeris commune bonum; non dissona fervent
Gaudia, non aliter Cives, aliterq; Senator,
Rex aliter, proprio sensu non quisq; precatur,
Incolumem Mysten, sed vox est omnibus una,
Nec melius potuisse suis, nec dignius ullum
Præ-

Præsidium venisse bonis. ceu turbida Graij
Ægeæ Thetidis sulcantes marmora nautæ,
Cùm pecus invehitur Scythicū, tristisq; procella,
Hic remos, hic transtra premit, capit ille rudentes
Carbasa sustentant alij, religantq; cadentes,
Antennas, alij tentant quo dente tenet plus
Anchora; sternuntur plures, merciq; ratiq;,
Et quod præcipuum, vitæ, domuiq; timetur,
Hic latus, hic puppim, proræ caput ille tuetur,
Crescit mole labor, tamen in diversa ruentes,
Mens eadem sociat, fluctu subducere navim,
Quæsitasq; suo merces deponere portu,
Est idem clamor, fervent ut Numina Typhim,
Sic tibi concordes assurgunt undiq; plausus,
Sic cultu, donisq; suis trabeisq;, statuq;
Diversæ celerant gentes, ut consona pendant
Munera, lætitiamq; Tibi; qvas Bugius ater,
Quas Helice Chelmensis alit, quas alveus Apri
Incola felicis Belzæ, niger ore Corallus;
Stagnaq; pulchra, Tuæ quas dant encennia sedi,
Contribuunt Domino communis laude triumphi.
Arescunt aliæ plebes, quas Istula potat,
Quas Sanus, quas Bsura lauat, quas Varta coërcet
Nec satis; externas etiam Tua gloria terras
Accendit majore siti; Te ripa Tibisci,
Te præceps suspirat Arar, Rhodanusq; Tagusq;
Sed nostræ servaris opi; Chelmensia stringunt
Castra animum, toti qui sufficit indole mundo.
Virtus imperijs nullis, aût sæpe tenetur,
Quamvis stricta bonis; Ithaco quid inertius agro?
Dulichij totum tamen hinc manavit in orbem

Innumeris Asiæ prudentia cognita palmis,
Et nobis clarum divulgat nomen Vlyssis.
Res angusta tholi, Mystæ ditatur acerrâ.
Ad Patrias celeratur opes, quas misit Avorum
Temperies, Genitor certo quas jure reliquit,
Inde, quod excesæ deerit proventibus aræ
Magnifico reparas censu, nec deficis unquam,
Accumulat fortuna Domûs, quæ munera spargat
Hæc ubi me rursus veteres cantare Parentes
Audijt, Imperio Pæsti studiosa reducit,
Pensilibusq; Rosæ, quos longius excolit, hortis.
Hic procul à Tēplis, ubi princeps purpura flor
Pontificum Regni, prout id jam vidimus ante,
Apposito nitet aula situ, quam nobilis umbra
Frondis Apollineæ, quam vestivêre corymbi.
Caucaseæ limen maculoso pectore tigres,
Ac crudâ tauri sanie juba Punica squallens,
Vngueq; crudeli pardus pro milite servant.
Hæmonij stabulum Martis tot rictibus horret,
Sed nigra Tysiphones fax bellica limina turpat
Hic mansvetus honor comit laquearia sertis,
Quo mecum fortuna ruit; eessêre ferarum
Sangvineæ fauces, sævos variantibus ignes
Tigribus, & Lybico dextram lambente Leone;
Exuviæ Ponti, Cimbreaq; pila, Scythæq;
Ac Arabes arcus, rapidi saga Martia Rheni
Threijciæ Cydares, Gothicæ fera Balthidis arm
Atq; breves hirti, cum Finno, Lapponis enses
Moldavij mitræ, spoliumq; notabile Pruti,
Et centum Lechicis vix cognita Nomina terris
Augustant conclave sacrum, quod in atria duci

Hinc

Hinc it in interius via marmore ſtrata lacunar,
Szembekios Proceres celebri de Gente Roſarum
Condit ubi fortuna Domûs, quo prima cucurrit,
Et faciem rerum ſimili mox ore revelat:
Regia, quæ pulchris ſpoliorum luxibus ardet,
Quam, Partho fulgere vides adamante Tyroq́;
Szembekiæ fovet acta manûs, hic quæ ſit origo
Sanguinis antiqui, quo nat Proſapia fonte,
Icon fixa docet; primâ ſtatione locatus
Appulus eſt domitor, qui tuto pectore fortes
Fregerat inſultus, & turbida ſigna Ruperti
Dum movet Adriacas raptis legionibus Vrbes
Et Calabros enſes, & longis Iappigas haſtis
Excidio Romæ, quod non ſibi calculus orbis
Sed magis Henrico numeroſa faverit aulâ.
Szembekius noſter pro Cæſare prælia ductor
Intulit Appuliæ, juſſitq́; quieſcere motus;
Grandibus Imperij calamo, mucroneq́; ſceptris
Subſcripſit; ſocium paſſa eſt tunc ſepia tabum;
Tincta cruore manus benè muricis aſtra tuetur.
Illum compoſitus Tyberis, remeante profundo
In ſpeciem ductumq́; rotæ; circumq́; choreæ,
Hetruſcis deportat aquis, Alemannius illi
Mille ſuo dicit pro Cæſare vota ſenatus.
Occiduus Nomen claris globus ignibus auget,
Si tantus fuerat, memori quem laude revolvo,
Vt clypeo, clypeum poſſet defendere Regum,
Cæſareas ſortes, Electorale Tribunal,
Belligerâ fulcire manu, proſternere regna,
Quos meruit Proavos? quanto Genitore creatur?
Invida ſed texit magnos caligo Parentes,

Vel nisi summus apex, & Maxima culmina Vobis
In primo nant lacte statim; sic astra, poliq;
Ad nutus & jussa Dei, cum fulgida surgunt,
Principium lux magna statim, prius ore Superne
Edita, quàm cœlum, sibi, splendoremq; ministrat
Hinc Hyperionij flagrantia sidera currus,
Et Phæbes dos clara venit, quocunq; serenus
Iuppiter in terras, quo martia lumine flamma
Fertur, id à primâ derivant luce parente.
Sidereos Proceres, quid lux nisi publica gignat?
Ingentesq; statim cunæ; de murice murex
Nascitur, è pelago pelagus, de montibus Idas;
Auratas, aurata parit. Quem fortia cernis
Nunc quoq; luctanti collidere brachia Marti,
Est Caroli Fridericus amor, Dux Cæsaris aulæ,
Consilijs, armisq; potens, cui Gallica signa,
Longoq; bardorum pugnas, & mænia fregit.
Danubium tranavit Eques, superaverat Alpes,
Hesperijs Italas gladio victore corymbos
Inseruit, Domino desudans undiq; sceptro.
Certa salus Regum, virtus animosa Virorum
Quæ Tyrias præcellit opes, Hebrumvè, Tagumvè
Vt Macetûm chalybi, Persæ vis cesserat auri.
Quas animi dotes, quæ serta perennia dextræ;
Quot laurus? qualemvè fidem regnantibus aulis
Exhibitam populiq; bono? quot mentis honores
In Petro spectare licet? qui Cæsare fatis
Erepto, dum tela feris venatica torquens,
Præcipiti raperetur equo, salvator haberi
Imperij meruit; quis in ardua fortior illo
Prælia Sylvestris pugnæ? quis saltibus apros
Eje

Ejecisse prior? ferro transfigere Tygres
Cominùs aût grandi quis tutior ire leoni?
Impulerat fractis, vis dira canumvè, metûsvè,
Collibus errantes capreas; huc præpete Cæsar
Eluctatur equo, quem flexilis ungula prorsus
Debuit extremæ jam jam impegisse ruinæ,
Ni PetrusAugusti socijs venatibus utens,
Cæsaris immanem celeri conamine casum,
Avertisset, & hanc, quæ toti lugubris orbi,
Quam Theuto, Daunusq; Pater, quã Panno, Ce-
Sentiret, valido cladem librasset in armo (chusq;
Vnde rosis Capreæ palmari fœdere junctæ,
Szembekias onerant Ceras, signantq; trophæa,
Quod vigor heròum veterano præstitit ausu,
Immortale manet; ferro, seu mente paretur
Consilijs bellace suis, vel Marte, vel arte
Laurea, nil curæ est, modo certa regna salutis
Efficiat,, seris memor enarrabitur annis.
Tu quoq; quo pretio Gentis? quo lũine splẽdes
Seraphicis Francisce choris? quẽ Thracia laurus
Quem variæ decorant, de fracto Bisthone pâlmæ
Progenies sed clara magis nam sceprra ministros
Imperij, quatuorq; Tuâ de stirpe Tyaræ
Pontifices numerant, habet exantlata senatus
Pectora, quæ regno Genitor Tu sufficis astra.
Viribus Alcidæ, Larisseisq; triumphis
Est potior semper celsæ spes fertilis aulæ.
Sanguine Patritio crescit, quæ Regia crescit.
Non minus est scythiæ tumulis, quã sanguine claro
Militiaq; suâ; tot barbara millia circum
Assiduis terras prædis vastantia soles

Instanti Clypeo pressit, captiva cöégit
Agmina Sarmaticos versare ligonibus agros,
Horrisonus clamor, raucæq; in pulvere fauces,
Aut volucris stridor calami, frons atra Geloni
Nil movet exertos enses; in viscera Daci
Itur, & offusos Mæotiditis æquore fines;
Aut rursus Lechicas prædantem Thraca per urbes
Occupat, & pingvi spumante Boristhene tabo
Reijcit in luteas excusso mancipe sedes.
Quos illi titulos? quas Regia ferre curules,
Constituit? sed sola placet Camenecia rupes,
Vt vicina sibi Thracum sic redderet arma.
Quæ Budensis ager, quæ Taurica mitteret Arctos,
Quæ frontis Valachus rasæ, vix parte relictâ,
In tergus pendente Comæ sed fervor in arma,
Igneus, at nostro laurus aluêre Dynastæ,
Quem Castellani Patrio cum milite fasces
In quasvis egêre neces. Natura laborat,
Vt quâ plus patitur, majori Vmbone tegatur;
Fortibus in fluctus armavit lubrica squammis,
Corpora monstrosa Thetidis; quâ sævior afflat
Sithonius Boreas, durato cortice fortis,
Assurgit laurus, seq; illas firmat in iras.
Exposito bellis populo generosior heros,
Adjungendus erat; quia doctior arma tulisse.
In Patrias succedit opes, castrenseq; robur
Vt ferri Præclaus amans, sic nominis alti,
Quem Woynicensis sibi Castellana curulis
Extorsit precibus, merito sua vota juvante,
Terrarum Dominum; quali cartamen Equestre,
Ingenio tulerat? cùm libertatis arenam.

Ambiguæ voces, ac in contraria sciſſi,
Irruerent animi, quibus aut privata voluptas,
Aût ſyrtes odij prætenſaq; jura placebant,
Non patriæ, populiq; ſalus; quâ lege Senatum,
Inſtruxit? quâ ſceptra manu? cauſasq; Polorum,
Strenuus ex acie diverſi ſuſtulit æſtûs?,
Quâ Themidos ferale forum, probitate regendi,
In miſeras ſortes, pupillorumq; ruinam,
Lenijt, advertens oculos? quo bellica ſigna,
Penſavit ſtudio dum Commiſſarius illi,
Calculus obtigerat, regniq; opulenta facultas
Debita laurigeris fierent ut prœmia caſtris.
Sarmatis, Illyriumq; ſolum, dimotaq; norunt,
Regna, ſuæ quibus ille Domûs ſplendoribus arſit.
Accedit tantis pretium cumulâtius aſtris,
Quod Dux Patritij, quem Cracia caſtra coërcent
Iure Palatino, Tutelaq; maxima Floris,
Tunc fuerit, cùm regna Lechi ſtridentibus armis
Auguſtus peteret, vitæq; pericula ſpernens,
Adjécit Domino dextram, quem detulit æther.
Imperijs mens juncta poli, feliciter exit.
Colluctans Superis Briarejus uritur ardor;
Adverſo; quis vela, noto, quis gurgite navim,
Obnitente regat? pacatiùs utimur aſtris.

Huc oculos adverte Tuos, ubi Regia pennas
Exerit in Gemma Volucris, ſceptrumq; ſiniſtro,
Dextro Sarmatiæ fortem tenet unguibus enſem;
Bellaces rutilum criſtas diadema coronat.
Eſt Regni Supremus honor, quem nuper adeptus,
Principis Auguſti ſvavi pietate IOANES.
Regificæ Themidis ſibi Cancellaria jura.

Com

Commendata fovet. Num quæ sic ampla Pelasgus
Iustitiæ posuisse labor delubra fatetur?
Vt faustas in corde suo Themis occupat aras,
Communi nimiùm patiens in sede morari,
Cum miti, nullasq; neces spirante favore,
Afflictæ quoties regalia limina partes,
Supplicibus Lachrymis, vel pulsavêre libellis.
Nemo queri poterit longo se jure gravatum,
Aût sumptu majore premi, nam prorsus ab arce,
Iudicis eijcitur pingvescens sportula rapto,
Divitibusq; minis, solus Civilibus actis,
Iustitiæ se miscet amor cognataq; virtus
Immotæ pretio fidei, quæ sceptra tuetur,
Claraq; proponit Lechicis oracula terris
E Soliopro Rege loquens. Quis credere causam,
Seq; ipsum metuet, cùm Regia creditur illi?
Hæc tabulas, & jussa throni con ire videtur,
Externo quoties quid demandabitur orbi,
Seû Latio sermone volet, seu Gallica penna,
Sêu Theuto meliùs placeat, Lechicusve character,
Omnibus æquali lingvis par dicere cultu.
Sic patrios mores diversæ munere svadæ,
Gentibus importat, quos non mutasse decorum,
Sermo licet, varietq; chlamys, pudet edita bellis
Pectora Sequanio nimium sterilescere luxu;
Farreq; respergi tosto, non pulvere campi,
Nutritam sub serta comam; galeasq; minaces.
Attamen & Scyros muliebris palla ferocem,
Non variat Phtium speculi vice, respicit arcum;
Armillis pugilare sagum permutat, Vlyssi
Cognitus hoc astu; vestis peregrina Polonus,

Non

Non vitiat dotes, modo cor sua prælia spiret.
Hìc Lacrymis offunde genas, qui flũine linguæ
Condivit Dapiser Regni mensasq cibosq;
Ambrosiâ plus ipse Iovis, plus nectare dulcis;
Principis assiduus lateri seu castra subiret,
Regia seu lecto sanciret jura Senatu;
Illum effrons Libithina febri confecit iniquâ
Ardentis studij Civem, dum Regibus iret
Obsequium præstare suum. Nam captus inermis,
Fraude Pomeranâ Gothicas defertur in Vrbes,
Indeq; subductus, subito consumitur æstu.
Nil palmare diù celsas exercuit aulas;
Vis, etenim, quo major erit, magis excitat in se
Adversas acies, ac invida tela furoris.
Æmathias laurus, & Persica respice castra,
Regnorumq metum, nisi forsan vindice cernas
Plus in Alexandri clypeo cui plurima belli
Laurea deservit, quem castra Radomscia Martem
Declarant, Dominoq; suas cessere secures,
Fulmineo meliùs visus tonuisse Pericle,
Plectendum si crimen erat; Iove mitior ipso,
Dum res exigerent miseræ; quocunq; moveret,
Victrices Aquilas, pulchris stetit orbita sertis,
Perseus ut dici justo mereatur honore,
In cujus rosei celerant vestigia flores.
Frater & hic, ideoq; pari splendore coruscat,
Cùm tot luminibus Regni; quæ purpura princeps
Quæ Præsul succendit honor, trabeæq; sagumq;.
Dispersus varias in stirpes sanguis Avorum
Æquali virtute calet; fert unda colorem
Narvia Vistuleis commista liquoribus unum,
Ex uno quæ fonte cadit. Natura Parentum, Est

Est eadem Natis, quos dissita prodidit ætas.
Continuant Superi magnæ præsagia famæ,
Et titulis titulos, & fasces fascibus addunt;
Servit obærato supplex Vislicia censu,
Franciscum professa Ducem, cui Lechia summas
In Castellano decoxit murice laudes,
Patricios nutus, & publica commoda Regni,
Vtilitate suâ, rectum plus æstimat auro,
Communi sudare bono, damnataq; nunquam
Castra sequi gentis, patienti vulnera ferre,
Mente, procelloso quæ fert injuria fluctu,
Nil vanum, nil bile loqui svadente, peritus,
Pluribus insigni cum munere crimina crescunt
Est trabeis, vitijsq; simul cognata facultas.
Illi purpureæ vernant probitate curules.
Hunc, quem conspicuo sublimat colle Vavelus
Admirare Virum; pulchris Cracæa trophæis,
Mænia firmavit, Civi metuendus, & hosti,
Antonius, sed nulla suum Nilotica Myrtus
Ignavis animum tædis, gemmæq; liquore
Detinuit, nullas sensit Thetis Actia flammas,
Quas in Cæsaream Romanus foverat aulam
Antonius forti cum conjuge classe subactus.
Intemerata fides recto parit otia civi,
Attalicis opulenta bonis; pro Cæsare sumptus,
Certior est semper, palmæ, quia justior ensis.
Arma vides iterum? spectabilis Ensifer armis
Quæ Cracius sibi donat Eques; quæ terra triumphos
Diligit, & pacem Gladijs aswescere vellet,
Ne perimat segnis validos ignavia Cives?
Hunc prope Venator, qui non immite ferarum
Spelæ

Spelæum, ſed regna ſuis venatibus urget.
Aucupio volucrem Thracen, Riphæaq; ſpectra,
Non prædatur aves, Lencicia gaudet Alumno.
Chriſtophorus Caroluſq; pari cum Marte calore
Inclyta militiâ Caſimiri ſigna ſeqvuntur.
Illi Taurogetæ mortes, pepêerre corymbos,
Hunc Zaporovij memorandâ cæde tumultus,
Agnovêre gravem cataphractis Hectora ſqammis
Et ſi feralis geminum ſibi lumen ademit,
Vulture glans Tytio pejor, ſed clarior inde
Enitet Arctoæ Carolus pupilla Coronæ.
Ionium tentare fretum, Syrteſq; Sicanas
Exiguâ ſuperare rati magis æſtimo tutum,
Quàm tot ut Heroës, & eorum geſta revolvam;
Hic ſtat Alexander Craciæ Burgrabius arcis,
Quod fuit Annibali duro, robuſtus Amilcar,
Anchiſesve parens Æneæ fortis, Iulo
Æneas, Carolo tantùm decus addidit ille.
Hinc alios, alioſq; nota; jus primus Avorum
Transtulit in Lechiam, dum noſtri jura Quirini
Bartholomæus adit. Quantùm ſudavit in aulis!
Vt juſto celebrem diſponeret ordine Gentem,
Sarmatici Cor, amorq; throni Trajanus ubiq;
Auguſto præſens, ut tot legiſſet honores,
Officijs regni, Patriæ decoriq; Senatûs.
Ergo Tuâ metire chely, ſi Numina tanta
Szembekiæ Gentis ſi tot potes aſtra ciere,
Hæc dixit fortuna Domûs me deſerit omnis
Ingenij, Muſaſq; vigor, vix adderequoddam
Laudibus eximijs, ſed mollius audeo carmen,
Chriſtophori Sacro quod nunc inſcribo Tyaræ.

Dan

Daunia Trajanos, Ludovicos Gallia jactat,
Constantes Asiæ, Porphyriosq; thronus
Theutonicis Dominos felix parit Austria Regnis
Piastorum veteri Nomina grata Lecho,
In Te quidquid habet tellus, quid sydera clari est
In Te Patritiæ Gentis, & orbis honor,

PRIN

P R I N C E P S
P U R P U R A

Auguſto Imperatorum Sangvine
Cruentis Atavorum victorijs, honoratoq; Procerum murice

A U C T I O R

in faſcias
Glorioſiſſimo Hæredi,

CELSISSIMO PRINCIPI

ANTONIO BENEDICTO
CONSTANTINO

Celſſimorum Parentum

G E O R G I J,

Comitis in Wiśnicz & Jaroſław

LVBOMIRSKI

SUCCAMERARIJ REGNI
Olſztynen. Caſimiri. Uſzycens. &c. &c. Capitan.
&

M A G D A L E N Æ

ex Tarłovijs

L U B O M I R S K A.

Maximæ ſpei Filio

OFFICIO PIÆ PALLADIS

Scholarum Piarum Provinciæ Polonæ

Cum Genethliaco

E V O L U T A

Authore P. JOANNE DAMASCENO á Matre Dei Scholarum Piarum.

Anno. Infant. Dei faſc. ocupant. M. DCCXVIII.

IN

CELSISSIMOS SPLENDORES

AUGUSTI SRZENIAVÆ

Cæsaris, ambiguâ cùm tempestate, carina
  Jam caderet, vastas jam superaret aquas;
Erectus Cæsar: Metuis cur Nerea remex?
  Quem vehis, hanc sortem Cæsaris esse scias.
Id pelagus spumans, ac palmis invida Tethys
  Ausa fuit, miti *Drusius* amne fluit.
Tutiùs in placido, Regni, natat Æquore Navis,
  Carbasa, cûi Princeps purpura Vestra dabit.

CEL

CELSISSIME
PRINCEPS

HÆreditariam Augustæ Domûs Vestræ Principē Purpuram inter exuvias Orientis, gloriosissimo Principi Infanti pro fascijs instratam, Vobis, non textoriæ Palladi debemus, ideoq; ut Vestram, ad Vos deferimus Munus optimum, propria, non quæsita aliundè congiaria; præcipue cum ingenita Vobis liberalitas, impertiri semper malit Xenia, qvàm accipere. Nihil meliùs & dignius Augusto, quàm ipse Augustus, offerri potuit. Et quidem *Celsissimo Principi* Infanti hic Honor vectigalis est, sed quia & invalidæ adhuc ferendis muneribus illius infantiles manus, & os in responsa balbutiens, Vobis Celsissimis Parentibus id decus præ-

sentamus, quod Augustum Infantem concernit, ut quo in Vestrum Sangvinem cultu feramur, legentes, ei cum lacte *Scholarum Piarum* amorem propinetis. Panegyrim aliam illi non concinnamus, quã quæ Celsissimis Avis, Abavisq; Oraculo Regum, ac Cæsarum est recensita. E Privilegijs Augustæ Domûs noscat, ad quæ trophæa, venit, & quæ Principum posteritati relinquat. Magnum ad recte gerenda incitamentum, habere Idæam Divorum Aboriginum, ad quam teneri formentur Achilles, ut in parem excrescant Majestatem. Leget ibi Avorum in Dalmatia, Pannõia, Dacia, ad Propõtin & Tanaï assertas laur⁹, quas ei pro crepũdijs aptamus. At vobis, Celsissimi Parentes, quo immortales Honores exprimemus charactere? Fortunam communem tenetis cum Julio Cæsare; Dominij felicitatem cum Druso, pacis oleas cum Augusto, armorum gloriam cum Cajo, ac esse Augusti Hæredis Augustos Genitores hoc est vobis speciale. Divini Numinis ea Providentia est, ut inexhaustam liberalitatem Vestram in *Scholas Pias* compen

penſaret, Alumnum *Scholis Pijs* informandum dedit, Magno utrinq; fœnore, & veſtro, quod Celſiſſimo Succeſſore fruamini, & noſtro, quod ad Tyrocinium illius exercendum jam olim vocati & electi ſimus. Utinam ſæpiùs Genethliaca celebremus, ut non uno Achille Noſtrum floreat Chironæum!

Ita precatur

CELSITVDINI VESTRÆ

Domino Clementiſſimo

Devinctiſſima

Scholarum Piarum

Provincia Polona,

J. D.

GENETHLIACON

CELSISSIMI PRINCIPIS

SOl, qui Cæſareos radijs flagrantibus ortus
In commune decus Tarpeiæ detegis Aulæ,
Druſorum, qui ſacra Tuis cunabula flammis
Luſtrabas olim, quali ſe Julius aſtro
Cæſar, in Æmathias effudit puſio laurus,
Quâ Cajus, quâ luce Parens Octavius arſit,
E cunis Latij reptans ad culmina mundi;
Hos, iterum, poſito vulgari ſidere, vultus
Indue, regalemq; novo formoſior auro
Come diem; Tuus, ecce, Tuus ſtadia ampla Gra-
Druſus init, tot celſa Nepos, qui Nũina reddet (divi
Ipſe Tibi quondam, Majeſtatemq; Latinam,
Auguſtos imitatus Avos. An Regius Hœres
Inferius quidquàm poterit præſtare coronis?
Ex Aquilis, Aquilæ veniunt; viget ira Leonum
In catulis; viteſq́; parit, niſi, Regia vitis.
At Tibi, quod dyras, quod jàm mordacia Phœbe
Verba damus! tardo quæ langvida tempora cornu
Vrgebas, gravidum, celſæ formidine Matris,
Dum

Dū caperet ſpes magna ſinum! quā præpete cur-
Ire volebamus lentos in gaudia menſes? (ſu
Quâm volucres horis aptari mollibus alas?
Ocyus, ut tanto memorandæ pignore ſtirpis,
Auguſtoq; frui nobis infante liceret?
Sed juvêre moræ; quô longiùs invida vitæ,
Cynthia detinuit lucem, vultuſq; negavit
Aſpexiſſe probos, hôc nos majore recentis,
Æquore lætitiæ merſit. *Nil grande, quod orbi,*
Ejcitur præceps; lento natura laborat,
Dotibus eximijs partu; quot ſæcula, quercus,
Sceptrigero Dodona Jovi per fulmina creſcit!
Alcidam nox aucta tenet, cui Lerna venenum,
Educat in palmas, & ſpectrifer adgemit Orcus.
Quantâ meſſe virent noſtris ſolatia terris!
Cùm Te, quem tot opum pretio, Clementibus Aris
Exhibito, Princeps, tot Avitæ cenſibus Aulæ,
Tot populi votis ſupplex fortuna petebat,
Imperij, jam ſola videt, labemq; morarum
Diluit inſolito plauſu. Miratur ut oris
Dulce jubar, totum quo mox ſolabere mundum,
Sic frontis non triſte decus, cui tænia Princeps,
Inſideat, centumq; aliœ de Biſthone laurus.
Tantus & in parvis Dux artubus eſſe notaris,
Quantum poſt acies crudas feret Iſtrius hoſtis;
Auges, non minuis præſenti munere vultûs
Spes præconceptas; imò quid majus ab armo,
Ille licet tener eſt, metuit ſibi fortis Orion,
Quàm cecinit vates; puſillæ verbere dextræ,
Sternitur Enceladus, dum quali robore tela,
Vibrabis, quanto Tibi corruet agmine Dacus,

Concipit, & tantis mavult accedere sertis.
Quid pectus! solidis necdum laudabile nervis?
Iam regni par ferre Polos, jam frangere Thracem
Taurogetasq; capax; avidũ tenet inclyta mundũ,
Lux oculi, quæ blanda suis nisi sidera regnis,
Fulmina portendit Tanai. Sed mite serenum,
Ridentis baccæ nil formidabile spirat.
Iam video mollem Lædes ut spernit Olorem,
Exuvias Thracum, metuendaq; fulgura ferri
Extorqvens lachrymis, tepidæ pro munere plumæ
Talis erat stygio chalybi induratus Achilles,
Filius Alcmenæ talis, dum colla veneno,
Turgida serpentum dextrâ suffocat inermi,
Per cunas infans! *viridi produntur in herba,*
Quali messe bonæ cumulabunt horrea fruges.
Flos docet, Hesperij venient quo fænore fructus.
Quodsi contigerit, placidis vagitibus auras,
Attonitas sisti, cêu belli classica, terrent,
Aût tonitru cæli! quanto vox illa pavore,
Afficit Æmonios hostes Rhodopenq; nivosam?
Quid sibi Thrax Aquilo? medius quid destinat
Credes? an nostris fiducia nulla Camænis? (axis
Ipsa veni; dulcemq; leves in brachia Natum,
Lechia, præstantes artus, mentisq; vigorem,
Aspice, certa Ducis cui maxima prælia fidas.
Hic est ex Atavis Drusus, Germanica laurus,
Quem celebrat! nostras se Cæsar in oras,
Transfudit, magno concedens serta Nepoti.
Augustos quot Roma colit, successor, & Hæres
Vnicus explebit. Nunqvid spes parva coronæ?
Hic Asiæ victor quondam, domitorq; Propontis,
Hic

Hic erit assertor legum, patriæq; salutis.
Basia mille labris, amplexus mille lacertis
Fige, quibus totum post hac debebis honorem.
Si libet, explora vires, conferq; Typhæo.
Tu nosti, quid Lescopotens! quid belliger Au-
Quid tulit Albertus? quãto discrimine palmas (dax
Regibus extorsit Krivousti Martia virtus?
Et prius infantile manûs, ita credere fas est,
Robur, in Heroos quod mox adolesceret ausus,
Inter purpureæ spectabas vincula telæ,
Quàm mundi crevêre metus. Hinc illa revolve
Signa, quibus tanti se se discernere protunc
Annorum cum flore Duces voluêre, simulq;
Ominibus confer nostris, quæ Principis Ortum
Illustrant; similine riget frons ardua Marte?
Sic oculi flagrant? sic indolis eminet altæ
Pusio? sic coëunt nervi? sic dextera fortis?
Vt fuerant illi pugiles? dum sidera mundi,
In cunas ivêre suas. Sed longiùs ista
Ad nostræ seriem laudis documenta petuntur;
Srzeniavidas confer; *satis est in gesta Parentum,*
Surgere, quæ celsæ commendat gloria dextræ.
Ascanio satis est normam servasse regendi
Anchisionidæ; Priamum suus exhibet Hector.
Essenè quid meliùs potuit vel fortiùs unquam
Drusorum virtute probâ? Lubomirius Heros
Quælibet æquabit Latij præclara Gradivi
Robora, tota quibus subjecti machina mundi
Servijt in longum; cedant exempla; suorum
Ad legem Procerum tibi Princeps nascitur infans.
Illorum speciem frontis, prænobile pectus.

Illorum decus ore refert. *Srzeniavia* Tethys
Hunc sibi Pelidam plaudentibus educat undis.
Æquoris instar erit, cujus se gemma profundo
Condit, ut imperij summas petat inde Coronas
Quo nihil aspectu, nil motu gratiùs extat,
Cùm freta composuit placido malacia fluctu,
At nihil asperiùs, sævis ubi bruma procellis
Cymmothoen glaciat; sic Indolis ille profundæ
Maturi pretio sensûs conclavia Regum,
Patritias ædes, legum sublime Tribunal
Ditabit, solidoq; priùs bene digeret æstu
Ambiguæ mentis, quæ vellet dicta probari;
Sic populum miti recreabit sidere vultûs,
Quem sibi prostravit regimen, sed durius illo
Nil Dacus expectet cùm tempestate Gradivi
Involvet scythicas vindex Lubomirius arces.
Effundet, non condet opes, quas *Drusia* Tethys,
Deposito majore sibi, cum sanguine, tradit.
Lunatis cur manat aquis; cur litore flexo?
Se, nisi, quòd miseris omnem conformet ad usũ,
Munificus Princeps, ac ipsâ cælite Lunâ
Ocyus exoptet Patrijs succurrere rebus,
Si moles injusta premat. Quid largior Amnis
Pactoli? quid præstat Hebri? quod plenius Arcto
Non donet *Szreniava* suæ? quàm divite fluctu
Iam video, sacros argentea lympha Penates
Obruit? & steriles populi fæcundat arenas!
Srzeniavida tenero, pelagi regnante profundo.
Hic ego felices, hami fulgente metallo
Auratas Patriæ, Calasantinæq; Minervæ
Piscari cuperem; Pellæo nare Tyranno
Hic

Hic ego consulerem, nocuit cui Cydnus, at iste
Victori, se fonte novo diffunderet, orbis,
Atq; recens robur quosvis præberet in hostes,
Qui tot in Odrysias armavit pectora clades,
Tot dedit Heroas Lechiæ, tot fulmina bellis,
Et dat adhuc celso Tethys gavisa Nepote.
Romulus, atq; Remus, fratrum par nobile, ripâ
Excepti Tyberis, cunas, habuêre virentes,
Quas breve post tempus, varijs auxêre trophæis,
Hinc honor est fluvio; quæ nostrũ serta coronent?
Srzeniavium pelagus, quis honor cõmisceat astris
Nam tellus æquale nihil victricibus undis
Ferre potest, claris ubi bellatoribus orbem
Replet, & Hæredi patrios accommodat ausus
Infanti tenero, Princeps quem fascia stringit.
Quæ sic gemmifero pars Indi Gange tumescit?
Dum trahit ad ripas spolium non vile colonus!
Quas Padus Eoo dotes, quas Thracibus Hermus
Evomit? ut nostro conferri laudibus Amni
Ex æquo valeant? Gemmam qui sufficit orbi,
Auratumq; Lechis in charo Principe format
Persea Gorgonij pressurum monstra veneni.
Hîc pensa, quàm pulchra viret tibi Lechia laurus
Felix, quæ tali dicêris Patria Civi!
Defendiq; tuas Tyrone mereberis arces
Srzeniavida Druso! casune? vel omine nullo
Evenisse putas? primas quod is hauserit auras
Tunc, cùm militiæ sacrum celebrare Tribunal
Convenêre Duces Regni, Flos inclytus Aulæ,
Radomiam, meritiq; suâ mercede labores,
Æstus belligeri, fulvo Jovis imbre beantur?
In-

Infans ſpirat Athon, ſpirat juga Caſpia victor,
Pectus magnanimo nimium laxante Gradivo
Laudibus eximijs, galeâ, pro murice molli
Eſt caput indutum; latus ærea ſquamma coërcet,
Officio pallæ; plantas gravis ocrea munit;
Lucinæ non tegmen iners; ſupplebit arenam
Cunarum brevis arrha licet. Sic Puſio Princeps
Iam Ductor belli, jam par defendere gentes,
Pro meritis animæ grandis, quæ pectore ſtringi
Non patitur, magnoq́; ſibi niſi conſtat honore.
Hinc cum luce ſtatim ſtipendia prima meretur,
Caſtrenſis Themidos juſto penſanda favore,
Infans purpureus. Venit ad cenſoria Libræ
Pondera, militiæ, diſciplinæq́; futurus,
Arbiter, & Tutor, non Gnoſſius æquior illo,
Non Spartæ Judex; ſeu dicere jura Gradivo,
Seu ſancita ſequi Ductor, Tyroq́; ſtu ebit,
Magnanimus Princeps. Quod Pella ſuperbior ore
Exuvijs, dum fauſta dedit cunabula Magno, (bis
Quod domitrix pelagi, quâ vaſtius exit, Jolco,
Excidio Trojæ fortem cùm nutrit Achillem
Pergama quod Priami, quod cunis Roma Metel-
Accepêre decus, noſtræ jam cedit honori (li
Radomiæ, magno quæ celſi Principis Ortu
Lætior, æternis gaudet clareſcere faſtis.
Solvitur urbs plauſu vernant in floribus aræ
Anguſtant plateas cives, ſonat excita votis
Curia, miles ovat, feſtivos Mulciber ignes
Urget, in aſtra nitro, pietas plebëia longùm
Vocibus unitis felicia luſtra precatur.
Hinc pacatus eques. Domini coit inde Senatûs
Le-

Lectus honor, mistoq; vovent solatia plausu.
O nimium felix, cui tanto murice Regni
Illustrat Lucina diem, quæ prima canetur
Ætatis, vitæq; Tuæ. Transcendis ad omne
Immortále jubar Procerum, quodpercipis Infans,
Conspirant in Te Superi. Num parva favoris
Auctio? tot tenerum ferri per brachia corpus
Patritiæ gentis, tanto splendore beari
Purpurei cinctûs? tot votis culmina mundi
Inclyta Sarmatici spe contrectáre perenni?
Audijt emeritâ distentus Gymnade Martis
Celsus Honor, sublimis ubi calet ordine sudor
Debita virtuti per claros præmia nisus
Quærere non segnis. Pænos hîc inter agones
Scipio, cêu rursus victâ Carthagine Romam
Iret, & Ionias remorum verbere scyllas
Frangeret, armatus gladio, lauruq; revinctus
Excubat in quasvis acies. Hic Punicus ille
Bellator gelidas lentis domat ignibus Alpes,
Annibal, & ferro, nullis ductoribus unquam
Tentatum, recludit iter, latèq; vagatur
Tyro per Ænotrias Aquilis victricibus oras.
Regius Annibalem tot strenua bella movere
Ussit honor; mundi cupit altos Scipio frænos.
Sic propè; *Sic semper ! largis sudoribus undant*
Tergemini fasces; nemo sine vulnere Victor.
Calcar ad eximios solium fatale labores.
Ostentare putes grandes hîc cladis acervos
Tydea setigerum, Tyrias ubi vertere Thebas
Argolici voluêre duces, hic fulminis instar
Flammatur Polynicis apex cùm fratris in ensem
Effræ

Effræni virtute ruit; jubet ire poteſtas,
Et ſceptri non vilis amor. Tyrinthiùs Heros
Hinc clavâ victrice feras, hinc æquora Jaſon
Ære domat, ſtimulo, ſpes immortalis honoris,
Hinc alij certant; vix ſuſtinet ardua Gymnas,
Sudores & geſta ducum, quæ munere certo
Penſat honor; ſiquidem cũ cardine cardo cohæret
Gymnadis ac Templi; largis ubi cenſibus orbis
Sidereus placatur Honor, nec limen adiri
Illius poterit, niſi victâ Gymnados aulâ,
Mavortis quæ jura colit. Tunc plurima dona
In populum ſpargebat Honor, cum Fama ſonoro
Ære docet, celſos, è Druſo, Principis ortus.
Ut ſol, poſt pluvias ubi læto ſidere nubes
Pulchrior apparet, vultu ſic ille ſereno
Arriſit Famæ, centumq; ornata recludi
Atria quæ circùm, diverſo munere Regum
Plena nitent, tantæ motus dulcedine pompæ,
Juſſit, & innumeros, venerabile vulgus, Honores
Acciri, quo quiſq; modo, qua dote favere
Auguſtis poſſet *Druſi* natalibus, orat,
Ut faveant; nec ſegne genus; certatur ubiq;
Hic Mitras, hic celſa parat faſtigia Regum,
Jam bellatrices Clavas, adamantina Martis
Tela, ſagumq; ferunt, jam ſcipio Principis Aulæ,
Jam volucres regni, jam Theſauraria Clavis
Aptatur Domino; trabeatas ille curules,
Hic Regni faſces; ſceptri decus ille miniſtrat
Purpureum vellus, quidquid vocat Aula ſupremi,
Hic grave pondus opum, Maieſtatisq; favores;
Quidquid habet nomen felicis. quiquid honeſti
Con

Congeritur, Magni ſtudio meliore nepotis.
Aurea ſe jungunt pretioſo ſæcula nexu,
Et quas Saturno, cum Daunia regna teneret,
Quas pepigêre Numæ, veteris quas Regibus Idæ
Aſſaraco, centumq; ſuâ de ſtirpe coronis,
Principis obſequio cumulant; Fortuna ſuperbas
Cogit opes, & quo Samium devinxerat auro
Sponſa ſibi Regem, *Druſorum* corda ſubarrhat.
Itur in auratum, fulgent ubi præmia Templũ;
Regnat honor, cui meſſe frequens calet ara Sabæâ
Hic plauſus hilares, dextrâ moderante Dearum
Aræ ſuffultus, quàm plurima munera ferri
Svadet Honor, quæ læta Duci præſagia ſignent,
Srzeniavidæ: Jam nota, reor, quæ dicere vobis
Cogor ego; noſter felices ſurgit in ortus
Druſus; ut imperijs toties ſe nempe redonet,
Auguſtæ quoties fieri meruere Parentes.
Æternum meritò nomen, quod ſæcula geſtis
Progenieq; proba naſcentis fulcijt orbis,
Devexiq; ſimul, quod nullo fine quieſcet.
Ecce, novo rurſus priſcos Hærede triumphos
Continuat, quem regna colant, cui militet omnis
Lechia, quem ſolijs Princeps ſua purpura jungit.
Illi, fas, ut Honor, fas, ut Fortuna trecentis
Contribuant titulis; meus eſt, hic credite, ſudor.
Ite, recens ſypilo de vertice tollite marmor,
Aras tot Procerum Sangvis Regumq; meretur.
Terna ſuis moles ſtabit ſignata figuris;
At Divis ſit primus honor Genitoribus; illis
Tantum non humili debemus fænore ſidus,
Srzeniavides Infans mediâ celebrabitur Arâ,

Ex

Ex utroq; trahens victuras sangvine laurus.
Aureas insignes calamo pingente character
Adnotet Heroum laudes; ego primus in omne
Deferor obsequium; dixit; simul agmine toto
Turba ruit, ternumq; levant in fronte Colossum
Ædis sidereæ; flagrant laquearia Templi,
Queq; suus distingvit Honor. Tū quidquid adorat
Laurigeris, ubicunq; vigent, in fascibus orbis
In spolium palmare sui, non segniter addunt
Hinc clypeos, hinc signa ducum, cū murice regni
Illinc appendunt trabeas, sacrumq; Tyaram
Laurea cingit opus, quod Pallas deniq, signat
His. quæ perpetuo durent in marmore fastis.

Celsissimo S. R. J. Principi
Domino, Domino,
GEORGIO
in Wisnitz & Jaroslaw
LUBOMIRSKI
SVCCAMERAIO REGNI &c.

Victori Hostium, Defensori Legum, Patri Patriæ,
Aræ populorum & Asylo,
Aram in Templo Honoris
Tributarius ponit Honor.

Alio cultu excipi non possunt, nec debent,

Au-

Augusti Genitores
Præterquam Superorum.
Quædam Divinitatis portio est,
Vitam partiri in Liberos;
Nec posse mori, dū vivit Posteritas.
unde
Terrestres Deos Fæcunditati Heroū,
Tædis Hymenæi, sidera
Mortali Annulo, Sphæras
Debet Orbis
Quæ Beatitudo?
Vbi è bonis Parentibus Optimi nascuntur Filij.
Pro Sabæo tamen, aut Nabathæo thúre,
Nubes martialium fumorum
Purpurato adolemus Numini.
Lachrymas, scilicet, invidæ mortalitati, provocaturi.
Fleret hîc ipse Macedo,
Non quòd deessent hostes, quos vinceret,
sed quòd non esset Hæres inquo viveret.
Verè è Jovis filio, mortalis,
Quod magis ex vulnere animi, quam cruris didicit.
Pupilla est ōnis Majestas, absq; hac Parentū pupilla.
Lugeat igitur parvus in cinere Magnus,
Dum, à quo lugeatur, non habet.
Nos Galeato Marti, Fæcundo Genitori

Ignes triumphales accendimus,
ut pote bis Victori
Orbis Ottomanici, & orbitatis domesticæ;
Quare
Belli, & Thalami faces simul
Aram Honoris illustrent,
Et quod vitam Augusto Hæredi dederit,
Et quod Barbaris ademerit.
Hostes in Hostias cadent.
Pro cultro Haruspicum, sit Martialis gladius.
Nil interest pecudes, an pecudum non absimiles
Ferrum tolerent.
Amphyaraus, aut quispiam Calchas
Tot Orco Hecatombas non immolavêre,
Quot bellator Georgij mucro Scytharum greges.
Pellitæ ejusmodi victimæ
Non tonderi tantum, sed & deglubi in ore gladij
meruerant.
Optimũ Numini sacrificiũ, mactati hostes Nũinis.
& melius
Exsectis Barbarorum jugulis quàm vocalibus jubilis
Implorantur superi.
Quot in Budziacensibus campis,
Ad Pruthum, Tyram, & Borysthenem
numerabis acervos,
Tot Heroicæ manûs holocausta.
Vidisses hic
Argenteum *Srzeniavam*, in Erythræum
Et rubore lymphæ, & vastitate pelagi excrevisse;
Decoloratus cædibus, extra Tyrũ, muricẽ sibi aluit,
Sed quem nec Timothei nassa caperet.
Hoc-

Hoc ostræo, ostrum Principum illustratur.
Nunquam formosiùs effulserunt Curiales purpuræ,
Quam ubi saniе hostium,pro conchylio, tinguntur.
Aureum vellus martialibus flammis non amburitur,
sed speciosius redditur.
Augustæ Majorum Ceræ, ad belli faces consecratæ,
aliter lucere, quàm admisso hostium adipe nesciunt.
Ita
Ex candido *Družina*, rubicundus;
Calculum ab undis ad purpuras accepit;
Vt Erythræũ scias, cui gẽmæ Coronarũ agnascũ-
Sed ut ad Aram Sacrificij redeamus, (tur,
Sangvinis holocausto, ignes admoveantur;
Fagorum sylvæ opimum dabunt fomitem.
Huc Martia *Principis* divertit virtus.
Accẽdit non tàm elementali igne, quàm zeli flãmâ
integra nemora,
ut victimas Tartarorum urant, quas aluerant.
Præludebant funeribus hostium funera ũbrosorũ
Quamvis exuerunt mox luctum arbores, (saltuũ
ubi in laureas,
Victorijs illustratæ eviruerunt.
Ferus Scytha, domicilia hominum fugiens,
ferarum spelæa quæsijt,
ut feram induens, tutiùs sæviret in homines.
sed Alcidam in GEORGIO reperit,
Qui setigerũ hunc Aprũ, in suo Erymantho suffoca-
& hoc est optimum genus sacrificij, (vit.
Feras è nemoribus, non innocens pecus ex ovilibus
Trahere in victimam.
Aliquorum Mavors

Armentorũ potiùs, quàm armatorũ hoſtiũ ſanguine
Flectebant ramos, in Arcus triumphales (*placatur*
Victori ſuo comatæ arbores,
Prædonibus Mæoticis in ſuſpendia;
Nativã glandẽ ſuã, in plũbeã grandinẽ ſuggere-
ut credas (bant
Res etiã ſenſu carentes, ſentire Heroum fortitudinẽ,
Suffragari elẽenta virtuti, quæ eſt elẽentũ ſuffragij.
Fato ſuo, à truncis Fagorũ expetebant præſidiũ
ut obtruncarentur Barbari.
Et ſic, contra commune adagium,
E quovis hìc ligno Mercurius,
ut tot in elogium *Principis* aſſurgerent Oratores
Quot arbores.
Didicerunt primò Aſceticã in Erẽo Fagorũ Scyt-
ubi pænitentiã in cineribus proprijs egêre. (hæ
Sed, o! quã proſpera ab hoc luco ẽanarunt oracula!
Quæ pro Apolline *Druzius* Mavors
Gladij, non lingvæ acumĩne ferebat: (*Poloniã*
Apricũ lucis, nempè, reperturã inlatebris nemorum
Si apertâ luminoſorũ Ducũ virtute dimicaverit;
Igneâ indole quosvis obices accendi in Augem gloriæ
Aſſertas rudi quoq; ſtipiti laurus, effrondeſcere inſertæ
Si ut cruore hoſtium, ita ſudore Heroũ
Humectentur.
Sed jam
In Cameneci Petra novam ſalutemus Aram.
Lapidem hunc ſangvine & adipe Barbarorum
Pro oleo unxit noſter Iacob,
Vt publicæ ſaluti litaſſet.
Ex lapide offenſionis & Petra ſcandali
In

In ſanctuarium Domini profecit,
ſub tutelari *Georgij* clypeo.
Toties hæc gemma Coronæ erepta; toties aſserta,
In profundo Noſtri *Srzeniavæ* quievit.
At Turcica Phæbè
Mirabatur nullũ ſibi eſſe imperiũ in Druziũ æ-
Quæ Oceanum pro libitu jactaret. (quor
Pubeſcebat in verbenas Camenecia rupes,
Herbam non niſi offerre ſolita,
Cùm decumanis allueretur Druſinæ fluctibus.
Herculem Achelao, congredi putares,
Ottomanicum Gygantem *Srzeniavæ*,
Sed ille cornu truncatus, hic cornua hoſti infregit
An? ſpelæũ in rupe Cameneci Mæoticus Draco
Ignarus GEORGIJ haſtâ (ambijt
Dracones proſterni.
Ita ſemper
Non deſunt ſui in monſtra Alcidæ!
Neminẽ adeò ſuprà omne culmen evexit potentia,
Vt æmulum non habeat faſtigium.
Daciæ, Podoliæ, Ukrainæ latepatentes campos
In Olympia, & ſtadiodromum fuêre,
In quibus ad metam gloriæ Eques decurreret
G E O R G I V S.
Et tot lâureas decerperet, quot Turcarũ meſſuit
Melle & Lacte fluens terra, (capita
Diluvium ſangvinis
ſub noſtro Deucalione paſſa eſt.
Quot Hiberna ſub ferro & caſſide exegit?
Quot Hyemes flammato pectore liquavit?
Ut ver laurearum Podoliæ aſſereret.

Annus Heroicus nec Lunæ defectibus
nec solis deliquijs mensuratur,
Omnis illi mensis Martius, & Augustus est.
Sed Aquilo ut à Balthide, ita à Tanai
Florem Polonæ felicitatis gelare nititur?
Non soli jus in ventos Vlyssi
Quos utre conclusit,
Ut sibi tranquilliùs redderet æquor.
Celsissimus SRZENIAVA
Surgit in Hippotadas, & noxia flamina vincit,
Malaciæ amantior, quàm tempestatis.
Quot calamos! quot ora meretur Princeps!
Quamvis aperta hostiū vulnera victorē prædicent
sed Musas congerit qui Musis digna gerit.
Rubrum hostici cruoris sepiæ consortium amat.
Hastam & ægidem Mars Palladi cessit;
Quasi
Armorum gloriam in literarum ærario deponi vellet,
Vt æternet.
Exuvias igitur orbis tholo Musarum affigit,
Princeps fortissimus,
Dum *Scholas Pias* in Collegio Interamnensi
Sumptu magnifico erigit.
Campos eloquentiæ argenteus inundat *Srzeniava*
Sed, qui septem Nili ostijs largiùs manat,
Ut sibi in segetem laudum, et messem gloriæ
exuberent.
Proficient Atticæ noctuæ, ad bellatrices Aquilas;
Et quæ umbras lucorum Apollinis coluēre,
Hic Soles Procerum irretorto spectabunt oculo.
Et

Ergò jàm
Purpurato Nũini, Laureato Marti, munifico Jovi,
Maximi Hæredis, Maximo Genitori,
Defenſori Patriæ, Victori hoſtium, Mecænati
ARAM hanc honoris
Cultu profundiſſimo, mente devinctiſſimâ,
Inter communes Sarmatiæ plauſus
Erigimus, dicamus, conſecramus,
Æternum immolandi.
CELSISSIMÆ PRINCIPI
Dominæ, Dominæ
MAGDALENÆ
ex Tarłovijs
LUBOMIRSKA
Inter Purpuratas Primæ,
Inter Felices ſecundiſſimæ,
Inter Sanctas nunquàm poſtremæ
Fundatrici, Dominæ, Protectrici,
& quod Elogiorum ſumma eſt,
Fœcundiſſimæ Genitrici
Pro ejus in ſuperos munificentia, in *Scholas Pias* (favore,
maximè verò,
Pro Auguſto Liberalitatis ſuæ Hærede
In Mnemoſynon perpetuum
ARAM ſecundam Honoris
Officio, devotione, pietate quàm maximâ

Deponimus.

Creditis ?

Quod Priamo regnatrix Hecuba,
Penelope Ulyssi, Lavinia Æneæ,
Quod Augustæ, Pulcheriæ, Camillæ Romanis,
Hoc Sarmatiæ
Hoc CELSISSMO CONIUGI
GEOGRIO, MAGDALENA,
Magnanima, Pudica, Venusta,
Pia, Constans, mansveta,
Idea probitatis, exemplar virtutum,
Typus omnis beneficentiæ,
Ducum, Principum, Regni Procerum,
Neptis, Marita, Parens.

Laureatos Fasces in Gentili ASCIA præsefert
Vt *Tarłoviorum* aulam Honorum Patriam scias.
Quamfelix consiliorum fabrica?(ni
Quæ Consulari huic se debet bipen-
Infaustas cupressos, aut fatales taxos
Immortalis Poloniæ gloria non metuat,
Ubi ad radicem *Tarłoviam* securim viderit.
Æquè tãen illa cædendis roboribus, ac robori hosti
Non impar. (um
Quot Russorũ, Jażygarum, Prussorũ,
Dacorum, Scytharum, Bisthonum,
Capita sub hoc ivêre ferrum!
Itá semper prosperitas unius Imperij

Jugulis multarum Provinciarum asseritur.
Nemo felix nisi alieno infortunio,
Exitium Carthaginis, lucrum Capitolij
Quot victimæ sub jus Toporeorum cecidêre!
Ut Polonæ Majestati litaretur;
A Venda principe Poloniæ
Victorias ad calculum reuoca,
Vt numerum cognoscas.
Primus inter duodecim Palatinos Toporeus,
Qui post Regiam hanc Virginem imperavêre,
Vltimâ clade centum acies profligavit.
Ille non credat qui non novit,
Quam magnis semper cædibus recens nata Imperia adolescunt.
Vnius Regni Felicitas, omniū in se oculos & manus
Tercentos Fabios constat Romana potestas (evocat
Comitum de *Xiążne Preginia, Panigrodz Sczeka-*
ac demum de Tenczyn (*rzovice*
Quantum valuêre secures?
Vt publica floreret securitas.
Tot laurearum *Otto Tarło* compendium.
Cæsareum nomen, non nisi Viris Jmperij
attribui potest.
Animorum sunt indicia, grandes nomenclaturæ
Alexandrum dici, non nisi Alexandro convenit;
In gregario id nomen multatur.
Zaklika I. & *Zaklika* II. *Tarłones*
Vladislao Jagelloni Poloniarum Regi
 àcor

à corde Proceres.
Quid enim, quàm bonæ frugi Heroes
Regius Scyrpus aleret ?
At
Quoddam Civium in Principes dominium est,
Affectus Principum sibi captivasse .
Neorius, Joannes I. Joannes II. Joannes III
Palatini Sandomirienses
Avi, Proavi Abavi
Quanta Poloniæ Sidera?
Solem & Lunam duo Luminaria
Jovem & Mercurium dixeris,
ubi
Serẽo clẽentiæ populis, Claritate meritorũ Patriæ,
Aureo fulgore egenis, svadæ amænitate Curijs,
Influxêre.
Regebatur his Astris felicissimè
Florebat uberrimè,
Prælucebat alijs provincijs radiosissimè
Sandomiriense Prætorium
Ut nihil se Cælo debere videretur præterquã Deum.
Æmulæ siderum luminosæ Procerum Indoles,
Largiori terras recreant plerumq; influxu
Quam aureo Jupiter Acrisium imbre.
Pari gloria semper Lumina & regnorum colũina ful-
In Petro, Alexandro, Stanislao, Adamo (gent?
Palatinis Lublinensibus
Sanctuarium probitatis, magnitudinis Typum
Zelum boni publici, belli pacisq; labores

Admirare!

Nunquã tutior Regni felicitas quàm in hac Petra,
Contrà quam nec Portæ Ottomanicæ furiæ,
Nec ſpectra Tartarorum prævaluêre.
Fatales quoſcunq; Gordios Alexander ferro præci-
Staniſlaus grave martyrium hoſtibus, (dit,
Quamvis & ipſe pectus in vulnera porrexit.
Adamo ſudore vultus Martialis ceſpes
In laureas, non in tribulos effloruit.
Heroicarũ frontiũ imber, nunquam abſq; meſſe gloriæ
ſeu in terram bonam, ſeu in petras ſcandali cadat.
Joannes Radomienſis, Carolus Viſlicenſis
Sigiſmundus Belzenſis, Alexander Zawichoſtenſis
Caſtellani baſes
Bellorum fulmina, Pacis Phœnomena, Regnorũ
Hoſtiles arenas palmis, Senatûs conclave oleis,
Armis & conſilijs Imperium protexêre.
In caſtris Scipiones, in Curijs Fabij, in acie Decij.
In magnis Heroibus nunquàm virtus ſolitaria & ſola,
Comitatu plurium virtutum gaudet.
Nicolaus, Carolus, Cancellarij Regni
Regnatrices Aquilas
Cerisnè dignius? an pectoribus impreſſas tulerint?
judicet orbis Sarmaticus
Præſtantiſſima dos regnorũ, cor Patriæ amoribus ſigil-
In Staniſlao Culinæ Præfecto, (*latum*,
Joanne Inciſore, Nicolao Pincerna, Gabriele Au-
Grandibus Regni Miniſtris (læ Præfecto
Principum gratiæ compendium leges.
Injurius virtuti eſt, qui optimos non amaverit.

Me

Merentur Alexandros, probi Ephestiones.
Sed quis ad calculum tot Aſtra revocaverit?
Adoret ſuum in *Paulo* Archiepiſcopum Leopolis,
In *Staniſlao* Epiſcopum, Præmyſlia,
In *Andrea, Joanne*, Prælatos Cracovia,
Sochaczew Staniſlaum, Goſzczyn Caſimirum,
Sigiſmundum Pilzna, Joſephum Goſzczyn
Capitaneos veneretur.
Sandomiria Joannem, & Adamum
Joannem I. & Joannem II. Leopolis
Nicolaum Premiſlia Vexilliferos,
Paulum Judicem terræ colat Leopolis.
Nobis ſat recenſuiſſe Numina
Cumulata lux Aſtrorum, oculorum, aciem hebetat!
Quò magis ingenia, aucta Procerum congeries?
Wiśniowiecciorum, Czartoryſciorũ,
Ducum in Oſtrog & Zbaraż
Regiæ & Principes purpuræ
Sieniaviorum, Sapieharum, Dźiáłyńſciorum
Lanckorońſciorum, Daniełoviciorũ, Potocciorũ,
Szembekiorum, clavæ, curules, & trabeæ
Iu unum Tarłovij ſanguinis confluunt æquor,
Vt in Celſiſſima Nuru
MAGDALENA *ex Tarłovijs*
LUBOMIRSKA
Auguſto Srzeniavæ contribuant.
Tantos Celſiſſima Genitrix ſplendores
Suo ad Aram Honoris appendit Hæredi!

CEL

CELSISSIMO PRINCIPI
Domino, Domino
ANTONIO BENEDICTO CONSTANTINO
Auguſtorum Nepoti,
Regum ac Principum Hæredi,
Maximorum Parentum Filio
Ad Cunas Aram figimus.
In Antonio, Miraculum orbis,
In Benedicto, Roſam Purpurarum
In Conſtanino, Coſtantiam Victoriarum
Expectet Polonia.
Alcidas, Tydeos, Jaſones, Theſeos,
Fortitudine, audaciâ, labore, fide!
Pyrrhos, Conſos, Catones,
Magnanimitate, conſilio, rigore,
Duces, Tyro ſuperabit.
Normã accipiet à ſuis Aboriginibus, dabit poſteris.
Druſorum, Julij Cæſaris, Octavij, Caij
Auguſtorum,
Victorias orbis, Capitolij triũphos, Romæ trophæa,
DRUSI I.
ex Dalmatia, in Poloniam agentis coloniam,
Purpurato teſte, Leſcone Principe,
Palatini Cracovienſis,
DRUSI II.
Exercituum Ductoris
ſub Imperio XII. Palatinorum, caſtra regentis,

Fa-

Famam & Felicitatem;
MARCI
Comitis de Lubomir, Caſtellani Zavichoſten:
Leſconis Intimi Conſiliarij
Prudentiam,
PAULI I.
Palatini Lublinenſis in bello Turcico
ſub Ludovico Hungariæ & Bohemiæ Rege
Vitam fidei Chriſtianæ litantis,
Pietatem,
ADALBERTI
Oratoris Boleslai ad Rudolphum Cæſarem,
Eloquentiam,
SEBASTIANI
Comitis in Wiſnicz & Jaroſſaw
Caſtellani Woynicenſis, contra Ædones, Barbaros
Magnanimitatem. (Thraces
JOACHIMI
Capitanei Dobcicens. Lipcicens. Tymbarc.
ſub Sigismundo pro Patria victimæ
Animi robur
STANISLAI
Palatini Cracovienſis,, Poloni Herculis
Oſmani cum Vladislao Victoris,
Gloriam,
GEORGIJ
Supremi Regni Mareſchalci, & Campiductoris
Ful

Fulminis hoſtium
Libertatis amorem,
ALEXANDRI
Palatini Cracovienſis, Macedoni paris,
Celſos Honores,
CONSTANTINI
Pocillatoris Regni, Sarmatici Achillis
Ingenuitatem,
ALEXANDRI
Sandecenſis, Pereslavienſis, Capitanei
Magnitudinem.
HIERONYMI.
Magni Ducis Exercituum Scipionis noſtri,
Igneos ſpiritus
STANISLAI
Mareſchalci Regni, Nati in Polonia Salomonis
Sapientiam,
Excubitoris Regni, fortioris Metelli
Æquanimitatem
Conſiliorum pondere, armorū proſperitate, ſvadæ
Adimplebit. (oraculis
An meliorem Nobis Attica, aut Sparta offeret
Virtutum Palæſtram?
ſed quid, quærimus extra Celſiſſimum *Genitorem*?
Unus Ille,
Omnium rectègeſtorum exemplar
Au

Augusto suo Hæredi, ex se dabit,
Nec Nos ampliùs vovemus,

QVAM celsos, Princeps, ut surgat, Patris in
Ausus.
Sic, ubi composuit ferventem plausibus Aulam,
Æternoq;, sacros Drusorum marmore vultus
Donat Honor, celsas spolijs ornantibus Aras,
Ipse, simul, Martem, simul inclyta præmia secū,
Fortunam, quidquidq; suæ foret utile pompæ,
Accipiens, propero volat in conclavia cursu
Infans *Drusus*, ubi Genitricis in oscula Magnæ
Murice servatur Tyrio, patet Aula Deorum
Tacta manu, pulchroq; torus resplenduit astro,
Ingressu superûm; Mavors in brachia tollit
Srzeniavidam parvum, rigidiq; minacius oris
Deponens castrense jubar, quid svaviùs Aulis
Exhibet admisto risu, frons horrida quamvis
Difficilis læto pompæ fervore moveri,
Ardet Hyperboreas cædes, & prælia Thracum,
Ferrea, mox, tenerum flectens ad pectora pectus
Magnanimos æstus, chalybisq; inspirat amorem
Srzeniavidæ Celso. Tu Caspia marmora quondā,
Euxinūq; premes, Tanais Tibi noster, Hebrusq;
Serviet, o! Princeps, humili se gurgite Balthis,
Affundet Domino; patietur fræna Palæmon.
Jam video, quæ regna Tuus sibi destinat ensis!
Quot fluvios, victor, Rhodopæo sanguine tinges?
Sub juga quod populos, quot coges littora Nereī?
Ipse adero præsens, magnis ubi fervidus Astris
In decus eximium gentis, flammaberis Heros.

Hæc

Hæc Mavors; Honor, õne genus fert nobilis oſtri,
Cunarumq; vicem Patriâ ſupplente Curuli,
Molles ſternit opes; gerulæ, tum, Puſio Princeps,
Fortunæ, poſtquam ſat multo Numine Mavors
Inſedit pectus, cum tota redditur Aula.
O! Coluen ſublime Domûs! Amor inclyte mundi?
Quanto thure Tibi ſuperas placabimus Arces
Ut Te, Delicias Regni cum Neſtore ſervet
Incolumem, longo Divis Genitoribus uſu!
Non ego tam durum noſtris, reor, Æthera votis!
Non ego ſic parcum, dilectæ in munera vitæ!
Ut non vel Pylios nobis indulgeat annos,
Vel facilis jubeat, Decus Immortale Parentum
Vivere *Druſiadam* pulchrum; nec fallimur Aſtris,
Vivet! & immemori regnabit tempore Princeps
Vt Calaſantinis ferat in certamina Muſis
Materiem longam, partarum ſangvine laudum.

IMM

S E

Militâtis æc

Florenn

R

ILLV

EXCEL

REVERI

D. CH

S Z I

DEI &

EPISCOP

Paſ

Inter Feſtiva

Debito ſu

Collegij Lubomirſ

A D O

Authore P. Jo

Anno I

Varſaviæ Typis

IMMORTALE SERTUM

Militãtis æquè, ac triũphãtis Ecclesiæ
Florentiſſimis Avito ſangvine
& Honore

ROSIS

ILLVSTRISSIMI
EXCELLENTISSIMI
ac
REVERENDISSIMI DOMINI

D. CHRISTOPHORI

in Słupow

SZEMBEK,

DEI & Apoſtolicæ Sedis Gratiâ
EPISCOPI PREMISLIENSIS
Paſtoris Vigilantiſſimi
Inter Feſtivas ſui ad Cathedram ingreſûs
acclamationes
Debito ſubmiſſæ venerationis cultu
Collegij Lubomirſciani Reſſovienſis Scholarũ Piarũ

ADORNATUM.

Authore P. Joanne Damaſceno a MATRE Dei.
Anno Domini M. DCC. XIX.

Varſaviæ Typis S. R. M. in Collg. Scholarũ Piarũ

ENCOMIUM

Vetuſtiſſimorum Armorum

SCHOENBEK

Quod decus, aut culmen? quæ ſic evecta curulis?
Ut non *Szembekijs* ſerviat illa Viris?
Quid niſi, veloces *Capreæ*, faſtigia calcent?
Abſq; ſuo, Princeps, murice nulla *Roſa* eſt.

JLLUSTRISSIME
ac
REVERENDISSIME DOMINE.

QUÆ toties adijt Tua limina, contigit Aras,
Tuta Tuos repetit noſtra Camæna Lares.
Hic illi melior Portus, quã ſaxa Pelori,
Cum pluvi s rapiet carbasa plena Notus.
Hæc redimita ſacris affulget Meta coronis,
Certat, Olympiaco pulvere, quando Claros.
Hoc ſecura tegit præſumens carmen Aſylo,
Imparibus ſuperos dum canit illa metris.
Sed potiùs, verſo vulgari nomine Muſæ,
Nos Tua, Nos Præſul Maxime, cura ſumus.
Tu nobis placidæ reſeras conclavia mentis,
Ad plantas ruimus, tempus in omne, Tuas.
Non ſic irrigui, qui vult, bibit æquora Nili,
Et quoties refluas quæſijt, hauſit aquas.
Non ſic mellilegæ florum patet area matri,
Vt revolet, quoties nectare tincta volet.
Ceũ Tua, dũ petimus, præſto eſt clementia votis,
Sugimus ambroſiæ nectar Herile Roſæ.

Hinc quoscunq; Tibi præsentat Regia fasces,
Noster erit meritò, credimus, ille labor.
Ut, quoties celso fulgebis clarus honore,
Desudent toties carmina Nostra Tibi.
Officium Musæ, superos quo munere placat,
Laudibus assiduis Numina magna sequi.
Pallas amat præsens Martis recitare triumphos,
Gloria Cyllenes, ad latus esse Jovis.
O! utinam quævis transcendas culmina Præsul!
Vt quævis superet culmina Musa Comes
Non minor est, etenim, quàm Regni gloria, vatũ
Carmen honore viget, carmine floret honor.
Vnde decus nostrũ est, quoties Tu surgis in altũ,
Ad Titulos crescit Pallas adaucta Tuos.
Rupi, vitis agens super ardua saxa racemos,
Debet, quæ satiùs repere novit humi.
Quoq; palis crescit frondosa propinquior Vlmus,
Hoc magis annexus palmes in astra vi[illegible].
Si tamen, o! Præsul, nõn hâc, quâ, laude Camœna
Deberet, meritis ferre proba serta Tuis.
Inferior magno si nostra est svada Tyaræ,
Majestas Domini protegat ista throni.

Ad votum

Illustrissimæ ac Reverendissimæ
Dominationi Vestræ,
Antistiti Clementissimò

Divinctissimi Collegij Lubomirsciani Ressoviensis
Scholarum Piarum.

ROSA
PONTIFICIÆ
PURPURÆ

Augustas inter florere purpuras, immortali procerum vernare dignitate, fertile odorum famæ optimæ, regnis implantare Pæstum, undè amœnum ver curijs, flos Aris, serta perennia deriventur castris, ut Szembekianum est, ita Tuum *Illustrissime Domine*. Centifoliæ Vestræ id debetis Rosæ, quæ humiliores egressa hortorũ areolas, non nisi Vaticanos colles, aut aprica honorum fastigia, ex æquo occupat; in sinu Principum educari, purpuratis contrectari manibus, victoriosos insidere vertices, consularibus ambiri fascibus, pro sepibus, amat. Qvid enim Regina florum non eminens, quid veris filia non floridum, quid ipsa sibi in explicato foliorum murice corona, nonimperijs dignum appeteret? Quædam se-

mina, nisi nobilē obtinuerint glebam, in minori dedignantur apparere herba. Nyseas gravidæ vites coronant rupes, quibus Lernæa planities desipit; carduis aut cicutæ quodlibet natale solum. Regia Xerxis platanus, non nisi sub Principum, ad sydera proficit, manu. Natæ in serta coronatorum capitum, aut triumphatricis Cæsarici, Rosæ Vestræ, nihil communis habent cum vulgaribus illis Persei rosis, quæ, palmare licet, illius vestigium inumbrant. Trivium omne, elibrata in altum majestas despicit. Adeoq; Roseis Heroibus nihil nativū est, quod apicem non meretur; serpere infra aliorum magnitudinem non norunt. Credo facile, quod suo aureo Jove emeret ipse Perseus, in syllabo Roseorum Procerum numerari. Sed ad eminentiam Majestatis Vestræ nihil aureæ suffragantur procellæ. Ille gemmis, & adamantibus se appretiet, cui præter illustrem titulum, nullū pretium est. Nuda virtus, Attali, aut Pygmalionis alicujus regijs opibus, pluris habetur. Et bombyces Assyrij suo amiciuntur, & incubant serico, genus tamen vermium est; Phænices etiam in cineribus splendidi, quia astrorum Principi vitam debent, Soli. Hinc est quod nudam & inermem Szembekianam Rosam vides, cui suus murex in ornamentum, sua Majestas in munimentum pro vepribus, sufficit. Non quærit emasculatum Adonidis cujuspiam cruorem, ut tingatur, Patritiâ insignis purpurâ. De Te sub Rosa loquimur Jllustrissime Domine. Tui honoris eminentia, virtutum decus, immortalis gloria sangvinis, Te non vul-

vulgus tantùm ſupra, at omne ultra purpuratorũ Nominum culmen, & dignitatem elevant. Nihil in Te, quod alijs commune foret, ſpectamus, nihil quod æmulam, ſpe exæquandi non deijceret virtutem, adoramus; Ea mentis Tuæ celſitudo, ut omne, quod ſummum profitetur orbis, excedat; ea animi magnitudo, ut nullo etſi vaſtiſſimo Enceladi pectore comprehendatur, is vigor & robur inconcuſſæ Indolis, ut lacertoſi Atlantis triumphet vires, quoties cælum Patrium & Aſtra negotiorũ Regni ſuccollanda Tibi incũbunt. Quid de ingenij vaſtitate dicam? in hoc Oceano Aquinatica flumina abſorbentur, Eurippus Ariſtotelis profundo Tuæ mentis obruitur, eloquentiæ fontes, Muſarum Hippocrene, nomen ſuum amittunt, ita, ut non illis Tuam videaris debere ſcientiarum altitudinem, argumentorum fluiditatem, ſvadæ pacatioris malaciam, eruditionis Pöeticæ torrentes, ſed illa potiùs Tibi. Quid in Chriſtophoro non magni adoret orbis? DEO, adeoq; cælo ferendo non ſuppar hic Atlas, omne excedit culmen. Ipſa etiã natura tantæ moli ſublimioris animi ſuffragatura, procerum Tibi indulſit corpus, erecti capitis honore inſignivit, oris dignitate notavit, ætatis indeflexâ maturitate ornavit, ut nihil in Te non maximi, nihil non excellentis, nihil non auguſti coleret Vniverſum. Grandes Heroum ſpritus, compendioſiori non patiuntur arctari membrorum ſymetriâ. Nobilior exhalatio concava nubium perrumpit clauſtra, ut latius in accenſo fulmine effulgeat. Trium pectorum compage ingens Briarei

anima capi vix poterat, quæ cælo par implendo fuerat. Vt verò Tuæ mentis magnitudo omne fastigium, ita demissio omne profundum exsuperat. Mediocri tramite nunquam decurris. Quid gratiùs est? spectare Te, Jllustrissime Antistes, ad aras humili devotione abjectum, ados usq; pauperis plebeculæ inclinatum, desiderijs omnium penè substratum; quid dulciùs? in affabili svada audire communem populi Patrem, in miti amplexu intueri Pastorē, in facili egenis succursu propitiū Numen sentire; quid admirabiliùs in purpura? unius cujusq; prospicere necessitatibus, singulorum excipere querelas, nulli pænitentiū Pontificiā aurē in tribunali confessionis denegare. Hoc in Te usu continuo didicimus. Amas frequenter prodire in publicum, patere in conclavibus, in sanctuario videri, non antra Numæ, aut Galbæ recessus colis, ut omnium preces admittas, omnium votis subscribas, omnibus sis omnia. Nihil dignius, nihil præstabilius in uno quoq; Antistite, quàm se in usus populorum prodigere. Prospere sanè res pupillorum agitur, ubi eadem facilitate Tutelaris Ara, & Asylum Pastoralis Curiæ adiri potest. Præsules quidem, libens, in Melchisedec, Reges adoro, sed non excubias, & circumstantia pila, quæ miserorum lachrymas conspectui præsulum amovent. Rupibus, & saxis, & Neptuniâ trullâ potioribus muris illi se in longū, latumq; sepiant, quibus viscera misericordiæ præclusa sunt indigentijs populi, in Pontifice nihil, nè cor quidem lateat. Hæc quàm plurimum, Jllustrissime

ſsime Præſul, Te fatigat ſolicitudo, ne vel minimo ſupplici munificus deſis. Vulgarem Te unicuiq; Tuorum reddis, non facilem tantùm. Itur ut ad Patrem, non ad Dominum; in Paſtorali Tua Virga flores gratiarum apparent, non Moyſis ſerpentes metuuntur. demittis Te infra omnium vota, ut ſubleves Vniverſa.

Nec ſupplicis ore rogari
Vel minimùm pateris vulgi, ſed præcipis ipſe,
Vt veniant, timidisq; libens Te porrigis ultro,
In quosvis uſus, & plus, quam poſcitur, offers.

Corrumpit omnem in clargiendis muneribus & profuſione ſui gratiam, qui non ſponte præſtat, quod præſtat; in anguſtoq; comprehenſus, Romani ſapientis utor effato, aut diſtulit, id eſt timidè negavit, aut promiſit, ſed difficulter, ſed ſubductis ſuperciliis, ſed malignis & vix exeuntibus verbis. Et quidem multi ſunt, qui ne proijciant potiùs beneficia, quam dent, metuunt, Tu nihili æſtimas in ſinum aliquis Tua xenia receperit, an in cribrum, marmori intulit, an labenti undæ, ſatis eſt, quod dederis. Commune id cum Deo habes, qui probis æque ac improbis fæcundos cæli erogat influxus. Nec in ſola tantũ, hac profunda Tui, in vota populi, abjectione emines; quæcunq; virtus Tua eſt, maxima eſt. Manſvetudinis prototypon in Te veneramur, unde aliorum ſvavitas typum deſumat. Explicatæ frontis Tuæ Irides omnem mærentis oculi exauthorant procellam, ut ſerenum popularis lætitiæ portendant. Vnius tamen illæ ſemper coloris, nẽ

Q 5 varij

varij, quia ab eodem ſydere Tuæ clementiæ effigiantur, nullâ nubiū adverſitate mutandæ. In diluvio lachrymarum vix gratior extitit fæderis Arcus. Roſeo quævis depicta colore, ut ſcias Szembekiæ Symbolū bonitatis, Roſam. O! quàm immortalem Te vivere exoptant cives, qui Tuam delibarunt vultûs & oris dulcedinem; ſi paululū levior quæpiā Te lectiſternio affixerat febris, quāto omnium metu id conſtitit, ne Te iniquius ſibi eriperet fatū! Non opes, non auriū, non gēmas, & quidquid pretij nomē meretur, tanti æſtimabatur, ut Tuæ non impenderetur valetudini; ſuum id eſſe rebantur vitæ periculum, non Tuum, quia noverunt Te populo & Eccleſiæ vivere, non Tibi ipſi, nec populum Tuum permittis vocari, ſed Te populi. Vnde ut vitam, ita fortunam, & ſortes ſuas poſtponebant Tuæ ſaluti; quia Tua ſalus illorū erat felicitas. Regna manſvetudinis æternant vota populorum. Quis enim non immortale optare ſeu Principum ſeu Præſulum regimen, ſub quo immarceſcibiles florent gratiæ, & cū quo omnis Civium emoreretur proſperitas? Non temerè Antiquorum pietas Reges ſuos dijs commiſcuit, quorum clementiæ fines ponere metuebat. Quam ſvave illud Auguſto occinitur!

Serus in cælum redeas, diuq;
Lætus interſis populo Quirini;
hîc magnos potius triumphos
Hic ames dici Pater atq; Princeps.

Idem Tibi, Antiſtes Jlluſtriſſime, à Tuis canitur, quia Auguſto pari clementiâ omnibus affulges.

Qui-

Quidni vero ætatem & annos prorogare Tibi velint populi, in quorum annonam Tu, Te amas erogare totum? Nilum audivimus septem Ægypto propinari ostijs;

sæpe tamen flammis aret sitibunda Syenè.

Immensum æquor nullo capiendis numero effundi in flumina & scaturigines meatibus novimus; *Sæpe tamen steriles æstus detexit arenas.* Tuæ munificentiæ Archipelagus ita torridam egentiū offundit sitim, ut nunquam reaccendi possit. Penuriam miserorum, penu domas; Vertumnum adversæ sortis, nummo coerces; inopiam, cornucopijs recreas; manubias Pluti damnas ad manus pauperum, inopes fiscellas obruis procelis auri; humiles casas erigis liberali gaza. Beneficus etiā in eos apud quos beneficia eousq; grara, quo usq; recentia. Nullum fortius vinculum est quod animos & amores Civiū Optīatibus concatenat, quā non interrupta largitionum series. Frequentata indesinenter gratia, etiam ab immemori pectore gratitudinem extorquet. Quid Leonibus natura dedit atrocius? & tamen lambunt magistrorum manus, unde escam capiunt; Elephantis quid ferocius? & usq; ad servile obsequium cicurantur cibis. *Quo non tela queunt, intrat vis aurea nūmi.* Nemini, Præsu Dignissime, verius convenit esse Maximum, & Optimum quàm Tibi, utroq; in hominum pectoribus triumphas. Asylum es miserabilibus, Promontorium è naufragio tabulam quærentibus. Nulli formidabilis, præter noxas. Severius Tribunal non experiuntur crimina, quàm

Tuum

Tuum. Gemmâ Pontificiâ obsignas Tænarum, ne limen Erebi styx prægressa inundet orbem. Metuit Pastoralem virgam puer Idalius; ad sanctitatem Tyaræ deponit cristas superbia. Lances æquitatis perhorrescit avarus Pluto. Ita tamen sævis in noxas, ut noxios corrigas, non perdas. Semina malorum suffocas, ne ad falcem messis succrescat. Silet Vlpianus, Justinianæos codices securior tinea arrodit, Lictoritiæ secures nigrâ ferrugine sordent, cum non sit, qui plecti mereatur. Ad Tuæ pietatis normam populus vivit. Vnica Lex sufficis omnibus. Et hoc est verè Pontificiũ, exemplo probitatis corrigere cives, non ferro; emendare virtutum specimine reprobos, non amandare in exilium æternitatis. Putantur teneræ, non exscinduntur plantæ; fæcundæ vites ulmo alligatæ facilè maturantur, quæ humi serpentes sylvescerent. Quædam olera vitro inclusa, ad legem & formam vitri excrescunt, quæ alias distortæ molis fæcunditas redderet. *Exemplis regitur qualibet aula probis*. Quanto desudatur studio! ut omnium in moribus circumferaris; ut Tua ubiq; pietas in miseros, Tua in superos devotio, Tuus in lucrum animarum zelus, perfectâ in quovis Tuorum Civium pectore exprimatur amussi! At verò illam animi Tui, inter prærupta prosperi & adversi libram, qvis aut attingat aut exæquet? Franguntur ad munitam Tuæ mentis arcem, quãtumvis maximi Prothei sortis assultus, sed nec blandicitjs Amphioniæ testudinis, situm fortitudinis mutas, immota cautes. Scopulum in constanti

Tuo

Tuo pectore turbidi malignæ tẽpestatis sentiunt fluctus quæ damno suo affiliunt, dum scissi indignantibus reijciuntur undis, sed nec lãbenti malaciâ felicitatum emollitur. In arduis, nullo deijceris periculo, in secundis nunquam insolenti effereris lætitiâ. Habent hoc cum montibus commune, magnæ mentes, ut supra obstipas rerum adversarum nubes verticem attollant, æstu siderum blandioris fortunæ non liquentur. Saporem pelagi nec dulces amnium lymphæ, nec vis fontium, imò nec imbrium procella, aut glacies grandinum mutant, licet in pelagus magno undiq; impetu & copiâ defluunt; Profundum animi ut svaves prosperitatum scaturigines, ita quævis iniquioris gustûs profluvia, sine aliquo exterioris motûs apparente signo, facilè absorbet. Tot & tantæ virtutes Tuæ Illustrissime Antistes, purpuras in ambitum sui & ornamentum evocarunt. Chełmensis Tyaras palmam alijs præripuit, qui primus cælo coronãdas dotes, redimivit. Candida Chełmæ rupes, quæ Pontificali Cathedræ fundamentum, Tuo candori suffragium dedit ad Cathedram. Albo, inquam, calculo annos suos distinxit, quos Tibi debuit felices. Quæ enim prosperitas albo Tuæ mansvetudinis inscribi non optaret. Cretæus Juppiter credi poterâs, nisi Te Iove majorem Tua sanctitas commendet. Quantâ fame melleam bonitatis Tuæ ambrosiam Chełmensis delibavit Vrsa, effatu difficile! Nisi Helicen dixerimus, quæ præter arctiorem Petri naviculam, Tui etiam Ecclesiastici regiminis navigio, vigili affulgeret face; an, ut à radioso Ty-

aræ sidere suam derivaret lucem; qua periclitantibus in errorum naufragio mentibus præluceret? sed ad Tuæ vigilantiæ astra sat luminum habuit populare fretum. Indefesso labore, ad fatigium usq; & discrimen valetudinis singula ipse obibas Diæcesis sanctuaria, lustrabas tutelares Aras, investigabas Pastorum diligentiam, ipse salutari doctrinâ rude vulgus, ipse Apostolico sermone exedras, ipse ore mansveto desolatos solabaris; Quocunq; vero accessisti, occurrebat extra mænia turba, vias & compita densis coarctabat agminibus, alij foribus reclusis, alij patentibus fenestris sese protrudebant, in summa beatitudinis posituri, si Te suum Pastorem intueri possent. Auxit desideria videndi Præsulis optimi, longius ob tempestatem armorum, & bellicos turbines vacans Chelmensis Cathedra. Quasi diu deliberarent Superi, suspenderetur Regia, Vaticana Majestas laboraret, ut Te fortissimum æque ac dignissimum Herculê tot Atlantibus sufficisset. Profundiùs semper, & gratiùs illa mortalium animos intrat voluptas, quæ è remotiori confinio, & per intercalatos luctus advenit. Non est acceptior felicitas, illâ, quā adversa peperêre. Ver ideo amæniori oculis se infundit virore, quia brumalem sibi cælum præmisit rigorem. Dulce mustum, acor uvæ anticipat.

Phœbi, post fera nubila
Lux præstabiliùs fulgurat aurea.
Longè, post pluvium pecus,
Et tristes Hyadas gratior it dies.

Tuæ

Tuæ igitur gloriæ suffragari videbantur ut mora Curiarũ, ita motus inter bella domestici. Majori populorum cordibus influxisti lætitiâ, quia extensiori prospiciebaris tædio. Et quidem pij cætus Antistitem suum Te salutabant, Aræ Numen, quas vel collabentes erexisti, vel pressas pauperie muneribus ditasti, vel novas de Tuo dotasti. Ita Roseus Præsul quodcũq; possederis solum, reddis florentissimum; Quàm Serenos reflexus ad Cranostaviensem Cathedram, sol Tibi incendit dies! quanto radiorum honore Tuam, in ædes sacras basiat munificentiam! quàm curioso intus & extra restauratas basilicæ illius turres & aras obit sydere! ut toti cælo prœsentet, quâ liberalitate fereris in superos. Auget lucem, cumulat radios, insolitum longè lateq; proijcit fulgorem, ut oculos mundi Sarmatici, in tã charũ Tuæ largitatis evocet objectum. Decocti in clibano lateres, Tuo magis accendi videbantur fervore in opus basilicũ, licet erubescere quoq; inusto flãmis minio cogerentur, cum Præsuleâ levari in altum se manu sentirent. Ineras enim artifici dexteræ præsens auro. Noñ ita facile sub Neptuni tridente Ilium, ut sub Amphionis chely succreverunt Thebæ, et, hoc est, citrà scelus Phlegræ, cælum expugnare saxis, sedem in terris struere Cælitibus, quam; inculis munificentiæ detracti, incolant. Non disregant superis visũ coloratæ tincturâ albentis cæmenti moles, quæ cultum superorum aggregant. Lacte ejusmodi terreo, cæli alitur, & enutritur pietas. Ita non homines tantùm, sed & glebam

ter-

terræ servitijs Dei aptari edoces. Bitumen hoc parietum, conglutinavit animam Tuam Numini, ut David Janathæ. Libens ædes sanctas inhabitat, quod prius cor Tuum occupavit. Ornatius illi templum in Cathedra liberalitate reddidisti, tenerius in Arce pectoris charitate. Tantæ Majestatis in corde bajulus, alias incolere ædes non poteras, nisi aut templum, aut templo vicinum conclave. Vnde insepultam ruderibus Præsulum aulam, magnifico ruinæ exemisti sumptu, ubi cum Deo hospite consideres. Proxima illa Basilicæ, ut indissolubili contubernio Dei Antistibus frui liceret. Brevi sanè compendio pulverulentum aranearum & vespertilionum cubile, in purpuratorum syderum profecit coloniam. Reddita Majestas Pontificali propylæo, ut in murorũ nova compage, ita in Te, Maxime Præsul, suo incola. Squallorem semirutarum ædium, gemino splendore beneficæ manus, & illustrium virtutum oppressisti. Prosperè volubili nummorum rotâ celsœ evehuntur in sublime moles. Libratum semel è latebris largius aurum, odit diu ut in scrinnijs ita in fundo teneri, sed ocyus sua ergastula fugiens, in Curiarum fastigia prosilit. Perstrinxit usq; Romæ oculos Tuæ famæ claritas. Tyberim & Vandalum admirationis Tuæ gloriâ conjunxisti. In nostra Sarmatia præsentibus meritis, in Vaticano Orbe præsenti Nominis magnitudine colebaris. Suspexit Tuam virtutem Capitolina Majestas, & cum ipsa Claro montanæ Virginis Iconem vellet coronare, in Tuas manus Imperatrici cælorum Mariæ diade

diadema depoſuit. Scilicet ſummum Caput Eccleſiæ, ſuu m Te brachium recognovit, cui tantum cum munere onus concredidit. Ita Te probitas Tua Romæ conjunxit, ut præſens in Te ſibi videretur Poloniæ Reginã ſuo devincire coronamento. Longa manus Beatiſſimi Divorum in terra Regis factus es, ut credamus longas Regibus eſſe manus. Hominum alij, quos ſupra populorum fortunas ſua evexit majeſtas, Tu ſuperorum capita coronare meruiſti. An enim quis Roſam Myſticã digniùs redimiret, quàm Roſinius Hæres? Mare Gratiarum, non jam annulo ut Venetum profundum, ſed aureo hoc ſerto deſponſaſti, ut Poloniæ ita Orbis imperio. Stellæ Jacob radioſa ejusmodi peripheria debebatur. Optime equidem Api ſanctæ, cujus fructus eſt dulciſſimus, in Roſa Szébekia præſentatur diadema Amicus hic flos apum Reipublicæ. Fons hortorum non aliter, coronari voluit, quam manu Roſeâ, ut & ſertum Tuæ dexteræ, & Vaticanã coronam ſimul & ſemel reciperet. Flos campi Maria, â Florentiſſimo non niſi Præſule debito ſibi inſigniri merebatur honore. Explicare non poſſumus, Antiſtes Jlluſtriſſime, qua eam é Vaticano dignitatem acceperis reverentia, quo munus Marianum complexus es affectu, quo fervore invitabas Proceres accendebas Diæceſes, ſtimulabas populũ, urgebas ordines, evocabas regnũ, ut tanto Reginæ Cælitũ adſtipularẽtur triũpho. Corona ſcilicet Imperialis, Senatûs, Optimatũ, populiq; coronã, in ſuæ magnificãtiã põpæ exigebat. Videor adhuc Te cernere obeuntem

aliorum Præsulum aulas, Palatinas ædes, Ducum tentoria, Magnatũ atria, ut hi largis muneribus illi divitibus congiarijs alij detractis hosti spolijs, alij patrijs reditibus, omnes præsenti cultu huic contribuerent Solennitati; videor spectare turmatim confluentem à Balthide & Euxino, ab Odera & Vandalo, ab Hypani & Tyra, Vilia & Nemene, à Carpatho, & Alpibus Rossicis Sarmaticum orbẽ, efflorescentem tot purpuris, trabeisq; Clarum Montem, undantia populorum æquore latifundia; Videor deniq; intueri ipsum Te subsequentem, curru ad modestiam splendido, sexigâ auro & loris onustâ provectum, illustri comitio stipatum. Salutant Principes, summi Capitis Interpretem, complectuntur Proceres delegatum ad Mundi Dominam Oratorem, affuso genu supplex multitudo Vaticanæ sedis gratiarum & donorum Portitorem veneratur. Jam vero quâ svadæ energiâ, quo verborum pondere, quâ conceptuum subtilitate nobis opus est, ut vivam pietatis Tuæ effigiem, quo situ compositi in submissionem corporis, quo elevatæ in affectus mentis fervorẽ, quàm exporrecto devotâ hilaritate vultu, quam grato junctarum ad supplices preces palmarum honore fulgebas, exprimere, aut calamo pingere possimus. Toto flammabaris Vesuvio ad Rubum Mariæ ardentem veniens; Mons Clarus Czenstochoviæ sicut cera liquescens à facie Tua ignita diffluere videbatur; Incendebantur spectantium pectora ad faces Divinioris Promethei. Arã Dei cum accederes, cum genu in terram demitteres, omni

omnium corda & affectus ad plantas Augustæ sternere sentiebaris. Inclinari Tecùm visa est quævis Maiestas; cùm onustam gemmanti Vaticano stephanomate levares dexterã, ipse Gẽmacoronæ, cum sidereo Reginæ cælorum admoveres capiti, ipse Caput votorũ populi, cùm diadema imponeres, ipse coronamentũ gloriæ, Eliam curru ignis subvectum, Moysen radioso vultu tabulas legis portantem in terras redijsse credebamus. Ita Coronarum Domina, Coronam à Te, cujus Adamas es, accipit, vincitur Regali serto, cujus Tu flos primus es, Filia Sion Tonant plausu exedræ, effervescit in vota populosa concio, læti saliunt in æthera ignes, non minus Tuæ probitati, quàm Marianæ pompæ triumphum adstruentes. Electum Te præ millibus unũ quis non fateatur? cui, inter tot sanctos Optimates, soli tantum munus obtigit. Certè non omnis virtus eâdem fruitur Cæli beatitudine; Ipsi etiam Divorum spirituum ordines diversa cohonestantur gloriâ. Alios Cherubin alios Seraphin, creatrix sibi suffecit omnipotentia. Imò nec omnis frutex etsi rarâ teneritudine præstet, aureos parit fructus; nec quivis adamas coronario legitur auro. Maximos inter, datus eminentior Maximis.

Sunt quos ad altæ sidera gloriæ
Elibrat ingens Nominis inclyti
Honor, sed immortale supra
Unus abit, coliturq; culmen.

Eras hac in dignitate muneris Vaticani omniũ felicissimus, fatemur, Illustrissime Antistes, sed

infra omnium diminui Authoritatem contentebai Instrumenti instar, quod manu artificis, in quos placuit usus, agitur, esse Te dicebas, non artificem aut fabrum Tuæ existimationis. Tantus honor, imò labor Tuus novo coronari meruit Tyarâ, novis augeri titulis; Larga in superos Clementis XI. Patritia Astra, non parciori in Te superi Cultorem devotissimũ, promanant influxu. Quot ibi sydera, tot radiosas Cydares in coronamenti æstima. Eviscerari Pontificij Montes, in aurea excelsæ menti Tuæ decora exambiunt, ut Te sibi satis appretient. Ita nullũ est fastigium, quod Tibi se non offerat & submittat. Nec Tu Præsul Jllustrissime, etsi maximus congenitæ Libertatis venerator, Juga hæc sacrorum Collium ferre recusas. Citra Promethei ad Caucasum ligati fabulam, vinculo æternæ propensionis Clẽentinis Montibus Te mancipas, & expectoras. Levaris tamen sẽper in altũ gloriæ, non obrueris Vaticanâ hâc mole. Exultant ut arietes sancti montes, ut expugnent Tuum pectus, non ut atterant. Contribuit Regis Augusti II. Clememtia, Clementis Optimi Maximi gratijs. Inter tanta Nomina quis non in summum cresceret? Metendis aliàs hostium capitibus assveti Principes gladij Tibi oleas in ungventum Mystale metunt. In Serenissimis Fluminibus Pontificales piscaris gemmas. Plantata ad Augusto ejusmodi amnes Patritiæ Domûs Vestræ Arbor facilè in ramos honorum, Tibi in pedũ effrondescit. Itaq; Chelmensi Infulæ, invitus invitæ, toleris, ut Præmisliensem toleres. A Rossia Helice ad re-

ad regnatricem Jovis Aquilam transportaris; utrumq; hoc astrum, Tuarum Virtutum & dotum luminibus commisceri gaudet; nisi quod biceps Præmisliæ Aquila non uno Tibi servire velit Phœnomeno. Gemino laborat cerebro, ut Te suū Caput ex æquo ornet. Habebis Ministram fulminū in noxios, medullam Cedri, suavis inquam benevolentiæ, Tibi feret in probos. Sic postquam luxisti cum Helice periclitantibus in mundi pelago animabus, jam majores assumis Regiæ Volucris alas, ut in earum subsidium evoles, imò ut immaturos æternitatis pullos ad astra eniti doceas, impares volatui, Tuarum remigio penarum efferas. Pōtificiæ Solicitudinis est, non magis suos, quàm populi conatus cælo inserere. Vix iusti bilancem id meretur, si gemment in Astris Tyaræ, & fideles animæ gemāt in umbrâ mortis æternæ. Eadē Tænia Præsulum verticem & populi curas vincire debet. Emoveri totis Præmislia fundamentis præ lætitia gestiebat, ut audijt Te suum inaugurari Præsulem; at quo luctu Chelmæ, quo gemitu Russiæ, quô Procerum cordolio. quo populorum fremitu, qnibus lachrymis hic exceptus est nuntius! Ibant ad plantas supplices coloni, ne Tuum Pastor desereres gregem, Obsidebant vias mæstis, & in profundos cogitatus abjectis vultibus cives, quocunq; processeras, quasi fatis sibi ereptum deplorantes Patrem; Querulosa Nobilitas jurium & Libertatis suæ Defensorem sibi avelli, Præmisliensem, Chelmensi Tyaræ præferri indignabatur, Procerum Curiæ Amicum ad Aras, suo amover

consortio dolebant; Nec Tu, Præsul Jllustrissime, minori tangebaris acrimoniâ doloris, cum tot litari Tibi luctibus intuereris. Offundebat admajestatem tener oculos humor, verba in solatium expressa frangebat suspirium frequens; dimidiari volueras, sed nemo fuit, qui minimâ parte Tui carere sufferret; totum Te, toto pectore admittere omnes ambiebant. Et hoc est maximum, quod sæpe alijs desideratur, encomium tuum, quod metuebatur, ne relinqueres provinciam, non optabatur. Accidit enim plerumq; , ut populorum vota magis inclinent videre exitum quorundam Imperij, quàm longam prosperitatem; & quoties aut evocantur aliò, aut periclinantur vitâ, spes vulgus excitat meliores, non jacturæ metum.

Nemo fuit, brevius, qui non regnare Neronem
Posceret, Augusto tardiùs ire dies.

Effecit ea animorum teneritudo, ut, quamvis, Clementis imperium, Augusti gratiæ urgerent, abitum distuleris, donec & majoribus Diœcesim beneficijs cumulares, & vulnus crudum populi solatio longiori demulceres. Differre tamen nisi poteras, non præscindere accensa desiderio Tui Præmisliæ vota. Expectabaris omnium tædio, invitabaris non defessis precibus, prospectabaris quousq; non venires. Jã verò, ut primũ ãplexibus Chelmæ ereptum, Præmisliæ Te reddisti, quo populus, quo Eques, quo Procerũ dignitas Tibi obviã cucurrit plausu? quâ festinatiõe? edisseri non potest. Oppletæ undiq; viæ, referta gravi mole laborabant tecta quibusdam nec ipsum timebatur præceps, quod

tituba

titubanti inhærentes vestigio, caperet, si laberentur, par omnibus alacritas, par lætitia ex adventu Tuo, nec quidquam optabatur amplius, quàm Tuos demereri obtutus. Hæc ipsa & Nos, Jllustrissime Præsul, excivit devotio, ut festivis populi clamoribus, vocales jungeremus Musas; Bicipiti Aqilæ Præmisliensi Bicollem Parnassum, unde Tuos clangeret triumphos, sisteremus; Pæsto Tuo Heliconem, Virtuti tributariam Palladem addiceremus. Noto jam ad Te venimus tramite, quibus toties non Curiæ tantùm Tuæ, sed & Clementiæ, imò & pectoris Ostia patuerunt. Ea enim est Tibi in accessu facilitas, illa modestia, hæc mãsvetudo, ut copiam Tui omnibus facias; Ingredimur Præsuleum conclave, quoties exegit aliquod negotiũ, imò nec exigente negotio, intramus lateri cohæremus, non prius à Te discedentes, quàm Tuâ saturati benevolentiâ. Vtinã immortalem Te Nobis dent superi! Vtinam Szembekiæ in Põtificio murice æternùm floreant Rosæ, quibus ad Pastoralem Tuam Aram, hoc appendimus Mnemosynon.

D. T. O. M.

Campi æterno Flori
Vt Szembekias æternet Rosas,
Anathema ponimus.
& quidem,

Fixæ in Cælo Patrio sidereæ Capreæ
pro Phryxæo Zodiaci Ariete,
Ver immortalitatis perpetuum illis aperiunt
Quod Agno Jessæo debent,
Facessunt omnes prosperitatum flores, si, e Cælo non
(arcessunt influxus
In manu Dei prosperiùs, quàm in gleba terræ,
Vt fasces, ita Patritij stipites vernant .
Nec ROSÆ Vestræ aliter exuberãt, nisi ab uber-
(tate Domûs Dei
Et quia Aris debent florem, Aras coronant.
Ita pro Pæsto Templa, pro hortis tholos
Szembekia semper incolit, & excolit Flora.
Amicissimi enim superis flores,
Ubi Aras pro areolis sortiuntur.
Optimè ibi locantur opes, unde elocatæ sunt.
gratus odor Numini, gratitudo .
Natale solum, in altaris solio auspicantur.
Ubi enim Rosæ, nisi in mensa Regis Regum ?
Sed dum illæ suis Divos rediniunt sertis,
Illas Divi Infulis. (*rogantur*
Prospero eventu corrogantur bona, quæ in superos e-
Parum erat florere Rosis; nisi gemmarent,
Gemmâ Pontificia.
Tam pretioso rore Rosarum fæcunditas alitur?
Aliorum fruticum ubertati, stagnans latex sufficit
Hic gemmeo imbre opus est.
Rarior surculus, rariori fovetur alimento.
Clementinis tamen sideribus, non astro Lunæ
Ha

Hanc debemus ambrosiam,
Augusti Fluminibus, non Gangi, aut Erythræ.
Quis verò dignius, quàm Vaticanus Auster,
Vestrum perflaret Rosetum!
Quæ melius insereret fastigijs mãus, quàm Regia?
Proficit facilè in ramos & fructus nobilior quævis
Sub coronati cura Alcinoi. (*planta*
In mãibus Principũ etiãglarea, gẽmæ pretiũ induit
Ad Favõios, ut Urbis ita Orbis Sarmatici, gratiarũ
Non inamæno murice explicatur Centifolia
Quàm Patritius æque, ac hostium sangvis offudit.
Domestica hic purpura, ut & candor,
Ut, aut candidatos ad purpurã, aut purpuratos sẽ-
credamus Szembekios. (per,
Optimum ad honores suffragium, à natali honore.
Quævis non bellè aliunde lucet, qui sibi lũinosus est.
At verò
Apim induta ẽinentior fortuna, mel de Rosis Ve-
Ut suos condiat amarores. (stris sugit,
imò ut sapiat, quæ toties desipuit-
Rara est sũma felicitas, quæ sũmis non pateat ærũnis.
Certè coronatus Jupiter õne hinc nectar habet.
O! quam svaves *in terra nostra apparuerunt Flores*
Sed qui non cum vere dispareant.
Non est, quod hic carpat Proserpina
Aut gelidus Aquilo decoquat,
Rore cæli saturæ æternitatem combiberunt Rosæ.
Illi tantùm Libithinæ falcem metuant regnorũ flores,
qui solo aluntur, non Polo. (tifolia,
Decoqui tãen flãmis Amoris Divini patitur & Cẽ-

Ut admissâ cælesti ambrosia, pro amuletho
Saucium Cor & pectus fidelium demulceat.
Gratius olet ex attactu egentis dexteræ.
Fragrant optimo famæ odore gemmæ Præsulum
dum curâ miserorum flagrant.
Quodsi roseo Thaũantias ore, inducit astris muricẽ
Aurora purpurarum Rosis semper in Ortu est.
Inermem, & absq; spinis miramur?
Symbolum Clementiæ est.
Pangere se omnibus assveta, pungere non novit,
Nihil Pontificiæ Api magis noxium, quã aculeus.
Imò
Tot sacris fascibus, & Pedis
Tot Martialibus pilis, & Palmis
Circumdata & circummunita
Szembekij Pæsti Rosa,
Non eget ut spinis, aut sepibus armetur.
A Senatorio, & Pontificio murice
Quantum illi Præsidium?
Nõ sic excubitor armiger, aut horrida telorũ nẽera,
Vt sua quemq; tutatur dignitas.
Celsitudo ut animi, ita & Honoris,
Quoddam scutum est Proceribus.
O! quanti odoris
Ad sacram calentes acerram Rosinij Præsules!
Quorum fragrantia Orbem attrahit, ut svaviet.
Refrigeratur Cor Regum & Patriæ
Ad vitalem salutarium Rosarum succum,
Quem teneritudo erga bonum publicum,
& Am

& Amor Optimi Principis expressit.
Nil in medelam regnorum aptius,
imò nec salubrius,
Quàm Fama Optimi odoris Optimates.
Ergo ut æternùm *Szembekij Antistites*,
Fulciant suis Ecclesiã *Floribus*, stipent *Rosis* Rēpu-
Hoc illis deponimus, (blicam
Ad Aras Votum.

R O S A

Patritij Sangvinis.

RESpirare aliquantum sub eminenti Virtutum & Honorum Tuorum magnitudine per partitam voluimus panegyrim, *Illustrissime Antistes*, Sed ecce majori sangvinis Tui Patritij obruimur Erythræo, rectegestorum insignis Prosapiæ premimur Olympo; Avitæ fortitudinis, Giganteæ magnanimitatis, armorum, & trophœorum Pelio pænè obterimur, ita, ut qvamvis, ad pænitudinem ausûs, tantæ subtrahi conaremur moli, ipsa nos præoccupet, & involvat, ipsa sibi encomium è nostris exprimat pectoribus, eâ fermè ratione, quâ exundans, auctis, è liqnata solis æstu hyeme, undis fluvius, eos, qui temerario ripam aggressi vestigio, fluctu vehementi assilit, ita ut fugæ omne latifundium præripiat; coguntur itaq; pati, & enatare amnem, quem propiùs accessêre. Laboramus tamen, sub tot non nisi fastigijs, non gemimus,

quit

quibus pergratum & dulce est Vestræ succubuisse Majestati. Quædam animi voluptas est, spectare impari conatu machinam tentantes aliquam, quœ sæpe librata, mole sua, vires frangit. Sisypho, pænæ est, suum saxum, quoties obteritur, quoties levare præsumit. Vnde dum Tuorum, *Illustrissime Præsul,* Avorum celsitudinem profundo adorimur cultu, si non plus, certe seriam mentem Tuam emovere in lætitiam, & gaudium satagimus, ut inferius nostrum in magnis ausibus robur videns, delicieris. At verò ut aliquid de immortali Aboriginum delibemus gloria, Cæsarum Augustalia, Regum aulas, Consiliorum sanctuaria, Principum Curias, omnes purpuras, quæcunq; Orbis adorat fastigia, quoscunq; honor alit splendores, quidquid eminentis in fascibus spectatur, una congerie in latifundio paginarum sistendum est. Incunabula tantæ magnitudinis investigare alibi non possumus, nisi in corde Augustorum, in sinu coronatorum Numinum, in adytis Regiarum. Nascentis ortum solis, Oceani profundum servat, Nili caput, ne in tenui fonte, tot aquarum videretur Pater, vasta tellure obtexerunt superi, Vestri sanguinis æquor in littore æquè ac in alto immensum natura fecit A summo cæpistis, sub *Carolo magno* Orbis Imperatore, & sui. Gemino hoc diademate insignis Augustus, ut fortitudinis, ita probitatis maximæ Proceres sibi adscivit. Adeoq; sub Magno Principe, Magnates, sub Optimo Optimates, Vestri eminuerunt Majores. *Henrico VII.* Occidentis Domino, octava beatitudo fuit, *Henricus*

ricus de Schonbegk. Cæsareum Nomen, Cæsaream in amores strenuo Heroi inclinavit majestatem, ut reciproci cultûs devotio illum in obsequia Majestatis. Nec cor tantùm suo dedit Ptincipi, sed & manus. Appulum Regem Rupertum, qui bellicis facibus imperialis Aquilæ victrices ustulare nitebatnr alas, ignea virtute repressit, & quàm periculosè coronata Numina tententur, cum præsto est, qui Numina vindicet, edocuit. Nihil in Jovem Phlegra peccare potest, dũ suis pro astris dimicat Mavors. Didicit Rupertus non idem esse Appulo ligone jugera findere, ac ense jugulos metere. Imperator igitur armorum contra Appulos *Henricus* nihil non *Henrico* par, nihil non Imperatore dignum egit. Regnis emenda felicitas, duces bellorum invictæ manûs, & animi. Sceptris exolvit Domitor orbis Macedo, heroicam suorũ fortitudinem. Xerxi Zopyrum, Philippo Antipatrum, Stiliconem Honorio non invidit *Carolus IV*. cũ pro imperio excubaret *Fridericus de Schonbegk*. Lombardæ acies documento,

Quantum fulminea, cum Dux in prælia, mentis
Surgit, ad Augustos possit conferre triumphos?
Quo veniunt partæ populorum sanguine laurus?

Ita cespitem illum ferro domuit, ut posthac perennes Oleas pacis, Imperatori pareret. Hinc ut diadema Imperij, ita amores in Schônbekios, jure hæreditario ad quosvis Majestas Occidentis transtulit successores. Admotus clavo Imperij *Maximilianus I*. Cordi suo *Petrum de Schônbegk* ad movit, & affixit. Miraculum orbis! filius Columbæ,

bæ, Regnatricis Aquilæ contubernium, ſine metu, colit. Quod plus eſt *Petro* etiam noſtro claves ab arcano pectoris ſui Dominus Imperij credit. Scilicet, apertæ mentis heroibus nihil, ne cor quidem inapertum Principes eſſe volunt. Patent Curiæ heroibus, quorum merita patent Curijs. Suxit de hac Petra mel ambroſium, pro deſerto in ſaltibus Dianæ venaticis, Cæſar, quia vitam ejus probæ fortitudini debuit. Extraxerant Principē in præceps abruptæ rupis ſylveſtres Capreæ, unde nec recedere, nec progredi tutum fuit. Ita omne faſtigium præceps minatur. Captū ſe retibus voluptatis vēaticæ ſenſit *Maximilianus*, qui hoſtem toties obſidionali coronâ cinxerat. nulla ſal⁹ in ſublimi Petra, niſi à *Petro*. Oblitus ſui, at vitæ Cæſaris memor, in præcipium ſe dedit, ut Cæſarem præcipitio eriperet. Quis in Principem amor! alias pleriq; civium adjuvant fata ſuorum Principum, non diſtrahunt. Inviderunt Cæſaribus tam fidos Heroes Poloniæ Reges, & liberalitate ſua in præmia Regni evocarunt. Fuiſtis *Illuſtriſſimi Szembekij* tot Regibus Sarmatiæ cordi, *Auguſto II*. cor ipſum facti. Vobis ille diligit Rēpublicam, Vobis ditat Procerum Aulas, Vobis vult optima ut Patriæ ita Eccleſiæ. De Vobis, id eſt, de corde *Auguſti* exeunt cogitationes bono publico ſalutares. quid enim in *Staniſlao*, Primate, & Principe Regni, Archiepiſcopo Gneſnenſi non zeloſū in conſervatione legum ſpiraret Princeps? quid non ſanctum, in ſancto Antiſtite vellet? Aquilæ pro *Staniſlai* lipſanis quondam, Noſter *Staniſlaus* pro integritate Polonæ Aquilæ excubat ſem-

per. At quæ dignitas, ſuperum æque in Eccleſia, ac Procerum in Republica eſſe Caput! eo à Corde Principis, profecit *Szembekius* honor! Temerarium eſſet, tanti Principis laudes, brevi hac periodo arctare, cui & Nos alibi integras panegyres concinnavimus, & Orbis hiſtoriam parat. Quid de *Joanne*, Cancellario Regni, quo inter *Auguſti* fidos Achates non ſurrexit major, dicam? Cor & ille Principis, dum *Joannis* eſt, in pectore Domini recumbere; imò & Os, ut nullum *Auguſti* vivæ vocis oraculum utile regno, ſvave populo, ſalutare Vniverſo emanare poſſit, niſi ore Noſtri Opmatis. Sigillavit ſibi Aquila Regni, Princeps optimus, ut Alexander Ephæſtionis, ōni pretio majores Tanti Miniſtri dotes. Adeoq; ſub *Roſa Szembekia* nihil non arcanæ magnitudinis, reperies. In *Antonij Chriſtophori* Poſnanienſi Infula, in *Michaèlis* Suffraganei Cracovienſis decoribus, quid aliud legimus? quam expreſſos Auguſtæ Majeſtatis amores. Miraculum Orbis *Antonius*, Cor in ſe totum abſtraxit Principis, an admiratione rapuit? *Michaèl* ut pro Aſtris, ita & pro caſtris ac Imperio Domini ad Aras excubitor, Angelum Regni Cuſtodem agit. Regijs *Ludovici* Secretarij Regni, Cracovienſis Prælati lilijs quàm ſuaviter paſcitur dilectus Princeps? Diſcat uterq; mundus, non Sequanâ tantùm, ſed & Auguſti fluminibus benè allui lilia, ut non auro quidem, ſed aureis Regum affectibus coronentur. Seraphicum *Franciſci* Dapiferi Regni pectus, quo in Principem ſuum exarſit amore? Quoties alis militaribus obtexit Ma-
jeſta

jestatem ab hostibus? Quali in contēplatione faciei & bonitatis Regiæ absorptus est fervore? *Alexander*, Capitaneus Radomscensis, extra Macedoniam Magnus, nihil non summi, nil non eximiæ fortitudinis, nil non victoriosi pro suo principe egit. O! Felix *Augustus* in quem tot fratrum consiprarunt amores. Aliàs Regū est, felices facere, non esse felices hic à probis Civibus prima & sūma felicitas redundat in Principē. Expungit vindicibus spinis *Szembekia Rosa* illud Poëtæ assertū *rara est concordia fratrum*, quæ tā forti vinculo suos Principi innodavit Proceres. Et hoc quidē hæreditarium ab Illustrissimo Genitore Vestro *Francisco Szembek*, Castellano Camenecensi accepistis Illustrissimi Hæredes. *Joanni III.* ille in deliciis, gratias Curiæ jure naturæ in Vos transfudit. Pro Jordane, in hostili Rubicone Coronatus *Joannes* noster *Francisci* fidelitatem exploratus, Camenecensi eum tinxit murice, pro lymphâ; ut sibi sacraret, Senatoriâ dignificavit curuli. Et mox *Franciscus* in uncto cædibus Dacorum Camenecci lapide, Aram, in se propugnaculum Podoliæ erexit, quo securi effugerent Cives, & defenderentur. Ex Jllustrissima *Pieniazkoviâ Genitrice Vestra Sophiâ* quos suxistis amores Principum? Fertilis illa Parens, ut purpurarum, ita Charitum, si Sophiæ filiam fuisse Charitatem legimus. Quoscunq; Bohemiœ ac Poloniœ Reges in *Odrowąsios* Aborigines profuderunt, cum honoribus, amores, illorum gloriosissima Genitrix Vestra ut compendiū, ita posteritati origo est. Et quidem in avunculo

Hecto

Hectore vestro *Joanne Pieniążek* Palatino Syraliæ quod documenta Regum beneficentiæ accepistis? *Joannis III.* Cyneas, *Augusti II.* Fabius, svadâ, & consilio miraculum Orbis, cor Principū æquè, ac populi rapuit, ut Vobis hœreditarium relinqueret. Quid enim è calice *Joannis*, quâm nectar ambrosium bonitatis Principum expectaveris? Tantæ Procerum majestati, desponsatus est favor Cœsarum Occidentis in Jllustrissima *Maria Casimira Pieniążkowna* Palatini Syradiæ filia Consorte Jllustrissimi Comitis *Caroli Julij Odrowązij Siedlnicki*, Intimi Consiliarij Imperatoris *Caroli* regnantis,

- - quo non feliciùs alter
Jussa tulit Regum, non svadâ mollior usquam
Extitit Orator, dum fert à Cæsare leges.

Hic jam naufragium in Erythrœo Vestro patitur calamus, ut è profundo venerationis, aliorum Prosapiæ Vestræ Numinum, adoret dignitatem, cui se imparem confitetur. Sat luminum habetis, Jllustrissimi Proceres, à Vobis ipsis, etsi è fœderato cognatorum nexu Astrorum non petantur. Soli, quamvis tota stellarum Respublica lateat, suū satis jubar est, ut diem Vniverso accendat.

Vos, ergo, saltem sydereum genus,
Narrate Musæ, quod superest Virûm,
Cùm nostra fluctu consepulta
Patritio ratis hæret alto.
Intaminatum jus Heliconia
Deos in ipsos Pierides habent;
Chelij coërcetur severa

Ira Jovis, rigidamq; fulmen.
Tunc orsa, Clio cui meritas Ducum
Referre laurus, non minor est honos,
Arcana quæ cæli frequentat
Atria, Mnemosyneq; sacram.
Quo Te, curulis Visliciæ jubar,
Francisce dicam carmine? quæ Tibi
Par sacra Castellane laurus
Emeritam redimire frontem?
In bella Teucri passibus Hectoris,
In consulentis limina Curiæ
Arden e festinas Metelli,
Quando Lechis vocat Aula, zelo.
Vidi, Tribunal, quot Tibi civicas
E vindicato sangvine civium
Dedit coronas? Scipionis
Jura subis, ubi destinati.
Huc è Bicolli currite vertice
Divæ sorores, non ego Cynthij
Horrenda percontabor antra,
Est Vaveli mihi celsa rupes
Colenda pluris, Cracus ubi suam
Arcem, vetusti sanguinis inclyto
Sacravit Heroi regendam;
Antonius mihi Phæbus alter.
Jllo diserti flumina carminis
Bibetis, illo nectar Hybleium
Svadæ profusioris, illo,
Quidquid opum tripodis, Magistro,
Discetis olim. Non minus Ensifer
Vestris *Joannes* contribuet choris,
Laus

Laus non ſat exæquenda Craco
Muneribus, titulisq; Regni.
Quàm pulchra ſvavi materies chely
Venator ardet Lanciciæ, decus
Inſigne gentis! quid Gradivo
Chriſtophori metuendus enſis?
Quid clauſa ferro frons Caroli minax?
Vtroq; privat lumine plumbea
Quem glans, in hoſtiles calenti
Dum ruit intrepidus furores.
Quid mille demum Sarmatiæ Roſæ,
Invicta Martis *Szembekij* manus,
Quos caſtra, quos Aulæ potentum
Imperijs aluêre Regum,
Timenda Thraci nomina, ſed probè
Dilecta Muſis. Ite! perennia
Deferte ſerta! laurearum
Szembekidæ Honor eſt theatrum.

Augent vernatiſſimum *Szembekiæ* dignitatis Florem, Gentilitiœ *Tarnoviorum* *Roſæ*, in *Michaële Tarnovio* Syradiæ Caſtellano; an glebam optimã Jlluſtriſſimi Rolitæ, proximi ſanguinis irrigatã amne, Veſtro in fundum Pœſto offerunt, ubi fœcundius Purpuratæ exuberent *Roſæ?* Certè *Michaël* pro Paradiſo Florentiſſimœ Domûs excubitorem agit. Affulget Vobis in eodem nexu Princeps *Wiſniowieccioru*m Cynthia, ut opimo bellicorum ſudorum, & Martiarum frontium rore fertilitati *Szembekiæ* conſulat Centifoliæ. Ad Veſtrorum id gloriam deſiderabatur Aſtrorum, ut coronato *Augusti II.* Soli, Princeps *Korybuthorum* Luna in Cæ-

lo Prosapiæ uniretur. *Tarłonum* Ascia, in fasces honorarios reviréscit, Vestro inserta Roseto; *Warßycciorum* Fascia, Imperatrices Tænias Vobis adstruit; quæ explicata, in Carbasa prosperioris Fortunæ, Vestro velificantis honori, se pandit. *Dębinsciorum* sæculares Ceræ, nova Cælo Sarmatico sufficiunt, & accendunt sydera. *Bidzinsciorum* Martiale decus, *Czernorum* non atræ notæ gloria, nisi funus hostium perenne designare Czernij velint; *Walewsciorum* triumphalis in Columna obeliscus, cui secura inniti, & incumbere Respublica potest, *Ożarowsciorum* palmaria in castris æquè, ac in Curijs merita, *Ligezarum* luminosus in Fascia Zodiacus, ubi quot Nomina recensueris, tot Astra; *Chełmsciorum* Lunæ dies, & anni Martis ita, ut nihil Mercurio, nihil Jovi, nihil Veneri, aut Saturno nihil Soli õnes ætatum hebdomades debeant, sed totum Lunæ aut Marti *Chełmscio*. *Gawronsciorum*, *Szczepanoviorũ*, *Raysciorum*, *Przyłęcciorum*, *Zielensciorum*, inclytæ virtutes, rectegesta, quæsitæ in hostico laureæ; *Zbąsciorũ*, *Rychłowsciorum*, *Rupniewsciorum* celsæ curules, Præsulares Infulæ, regni trabeæ, *Leßczyniorum* in Excellentissima Consorte Jllustrissimi Cancellarij Regni, Flos purpurarum, Coronarum præsidium, Reipublicæ tutela, quanto Vobis Jllustrissimi Hæredes affluunt famæ & æterni Nominis auctoramento! Liceat mihi cum Stiliconio Vate, tot, tantisq; Heroibus, applaudere. -

- *quem unq; requiras*

Hac de stirpe Virum, certum est, de Principe nasci.

ROSA

R O S A
Arcanorum Sapientiæ

INenavigabili, propè ad metum naufragij, jactata alto Erythræi Veſtri, quod Avius implet, & profundit ſangvis, Mercurialis clavi, eloquentiæ Argo, ad ſalutarem diſtractis tempeſtate per æquora ratibus, & jam Tuam eluctatur ſapientiæ Pharon. Antiſtes Jlluſtriſſime. Inter ſquallentes Academi Vmbras, & noctes Atticas lucerna hæc ſublimioris Tuæ ſcientiæ exarſit, ſed felici ſtatim eventu, tenebras ũbratilis recognoſcentiæ, in meridianam plenæ notionis lucem, obſcuræ noctem difficultatis, in apricum explicatæ facilitatis diem, accendit. Phæbum Te noſtrum, ad Bicollem Tyaram, veneramur, ſed extrà Delphi cortinas, & fumantem tripodem, ubi non aliter ſua patent oracula, quàm ſi priùs, aut ſyparia rejeceris, aut fumoſas nubes ænigmatum perruperis, Tibi in auge gloriæ, & mentis luminoſæ eſt, ut ubiq; Tua ingenij, ſvadæq; claritate, ſeu Pontificiâ Majeſtate, ſemper & omnibus pateas. Non Te Thebani perplexitas jugi, Ædipo ſolvenda, in proponendis ſeu Eccleſiæ, ſeu Reipublicæ conſilijs, non Egeria Numæ latebra, in ferendis oblectat reſponſis, imò & ipſe, Præſul Jlluſtriſſime, nihil magis abhorres, quàm centum portis aut ſeris præcludi, ne hominum pateas conſpectui; Solem Te debere eſſe exiſtimans, qui etiam per craſ-

ſa Nubila, & pluvium Jovem, radios adigit, ut avidam ſudi pupillam Orbis recreet. Hoc Tuæ manſvetudini, illud ſapientiæ debemus. Nemo certè ad menſam Platonicam dignior conviva; & ſi quiſpiã aſſignari poſſit, non niſi de pari dignitate, Te-eum. Imò nec ad illam, quam *poſuit ſapientia, & miſcuit vinum*, quia cum alij delibent tantùm dulcem hanc ſapientiæ ambroſiam, Tu pleno ore bibis, Patritiâ Roſa craterem myſteriorum Dei, & vina coronas. Majus certe ab aurea Thomæ Angelici catena, quàm à Præſulari torque ornamentum, Tibi affulgere exiſtimas; cui vel ideo das manus victas ut victimam ad Aras Divinæ ſapientiæ agas, aureis ejusmodi adſtrictus vinculis. Optimum ſanè holocauſtoma ſuperis, lauro & Tæniâ intertexto ſtephanomate coronata Capita. Hoc verò in Te, Jlluſtriſſime Præſul admirandũ quod Oceanum Aquinaticum, quaſi facile tranabilem alveum, Tuâ planæ diſſertationis affabilitate, Tuæ mentis elucidatione, Tui diſcursûs concinnâ ſvavitate, reddis. Nemini hoc profundum timetur, Te omnem abyſſi metum evacuante; omnibus ad captum Divina explanas dogmata, quos priùs Tua capis manſvetudine. Quàm ſe beatum, quàm felicem, quàm magno cœli favore dignatum unus quisq; credit, cui Tuis hortatibus emendari, Tuo ſolatio levari, Tuà in exedris facundiâ demulceri contigit. Illud vero Paſtoralis Tuæ vigilantiæ documentum, cúm ad Diœceſionalis ſynodi majeſtatem, omnem evocaſti Clerũ, invitâſti prima quæq; Religioſarum Aſceſium Capita

ita, Collegiorum digniſſimos Rectores, ſuavi bonitatis Tuæ attraxiſti illicio; Academiæ Lumina, & quidquid ubiq; ſapientum fuit, deſideraſti, Ille inquam tantæ ſolicitudinis, tanti laboris, tot emolumentorum, tantæ frugi, tanti honoris conceſſus, illa Eccleſiæ militantis plena laurearum arena, illud hærentis inter tempeſtatem & malaciam Ritus Græci & Latini promontorium, illa tot emeritorum Nominum Concio, quo profundi ſenſûs Tui rapiebatur arcano? quibus attinebatur oraculis? qua ſuſpendebatur rationum ſublimitate? ut non jam Præſulem, ſed Numen ipſum ſibi loqui exiſtimarent. Confluebat multitudo ut Craſnoſtavienſis Cathedræ, ita totius Chełmenſis diſtrictûs, offundi Tuæ ſuadæ gratiâ non optans tantùm, ſed maximè ambiens; Devinciebat cor & pectus Procerum, Equitnm, & Urbis Civium, candidâ indutorum byſſo Prælatorum, cùm longo progreſſu ædes ſacras cingeret corona, ſed omnibus his erat gratius, vidiſſe Te in ſolio Antiſtali ſedendem, leges & jura ferentem, admonentem, docentem. O! aureum Os Sapientiæ! o! Caput omni Bibliothecâ ornatius! o! ter felicem Tyaram, qui tam vaſti ingenij mentem coronat! Et quidem demeruiſti Tibi, Jlluſtriſſime Præſul, tot à primo ævo laboribus ſapientiam, non ultrò ſapientia Tuis ſe fudit incunabulis; Ratus, nil acceptabilis, nil grati, quod nobis etiam non cogitantibus, aut ſperare non præſumentibus accidit; id demum ſvaviat animos, quod longo paratur ſudore. Vniverſitas Cracovienſis, ſingulare de Tuæ eruditionis incrementis

mentis feret teſtimonium, quot noctes ad Cleanteam lampadem, quot dies in æſtu fervido ſtudiorum, in meridie apricæ lucubrationis, in auge gloriæ exegiſti? Levabat ex urna, & frigidis cineribus caput, viſus ſibi animari Tuâ præſentiâ Cracus, ut Tuæ Indolis accenderetur ſplendoribus. In Vavelo Cynthum reperêre *Muſæ*, in illuſtri Academia, Pallas Atticam fundari gaviſa eſt, Ariſtoteles in Polonia Græciam profitebatur, ubi Te inter Vates Principem Virgilium, inter Oratores Demoſthenem, inter ſcientias ſolem Aquinaticũ adoravêre. Sub *Sceptris Academi* exerceri debuit, tot Tyaris Caput coronandum. Non hic Tui in magnos profectus amoris limes; Capitolium triumphaturus ſæculi ruditatem ingrederis. In Tyberi, profundum ſapientiæ emetiris, è Vaticano Jove oracula combibis. Quod erat Lycæum, ubi Tu Jlluſtriſſime Antiſtes, eruditionis Tuæ radios non vibraſti? quæ Socratis porticus, quam Tua in admirationem cardinibus non emovit ſubtilitas? Quæ ſupellex librorum? quod Muſæum? quod literarum emporiũ fuit, quod Tu non luſtraſti, quod non percurriſti, non ultra ſatietatem libaſti, legiſti, Florilegæ ad inſtar Apis, quæ tinnulo alarũ remigio prata & areolas, herbas & arbores circummeat, operosâ proboſcide ambroſiam legit, ut nobile, & ipſo dignum Jove, condiat nectar, Inde, cũ ſparſis ad Rhenũ, & Danubiũ egregiæ Tuæ Virtutis decoribus, occupato famâ Nominis, Rhodano, & Erydano, ſuperatis Calpes & Abylæ, meritorũ gloriâ, obeliſcis; Patriæ Civem, Infulis Præſulem,

Curu

Curulibus Regni Senatorem Te redderes, ſancti tatem Româ in Sarmatiam avexiſti O! ter beata biceps Premiſliœ Aquila, quæ ſanctiori Noſtro extra Capitolium miniſtrabit Jovi!

Ite triumphales per Roſſia culmina pompæ!
Exundate Tyrâ, rapidiq; Boryſthenis amne
In plauſus, laudesq; probas, in vota, melosq;
Purpureo Patri Patriæ, centumq; Tyaris
Non ſat adæquato cumulandū munere Myſtā
Sidereis miſcete choris; ſonet ultima Thule,
Undarumq; parens, nullo qui littore ſtringi
Pertulit, Oceanus, *Szembekia* ſerta Viroſq;
Imperijs, ſolijsq; pares; hinc Balthis ad Arcton
Vota ferat gelidam, nigris hinc Nereus undis
Vectus in Euxinum, grandi formidine mundum
Impleat; at Nobis ſat erit de ſupplice, Numen
Imploraſſe genu, longis ut laudibus Aras
O! Præſul recrees, donec benegeſta Galerus,
Aût ſeptemgemino triplex de colle Corona
Signet, & æternum jubeat Te vivere Lechis,

BIVIU

MARTI

Patritiâ

I M

JLL

D.S T

Comiti

R Z

Protunc GU

lo Jllustr. C

ctoris M. I

chiæ,

D

JLLVS

D. D

CET

CAP

à Colleg

In stadio v

P R

Anno quo D

Authore P.

VARSAVI

BIVIUM HERCULIS, MARTIS & HYMENÆI VIA

plano Crucis

Patritiâ RZEWUSCIORUM

S O L E A

I M P R E S S U M.

ac

J L L V S T R I S S I M O

D. S T A N I S L A O

Comiti in ROZDOŁ & REIOWIEC

R Z E W U S K I,

Protunc GUBERNATORI Chełmensi, Colonel-lo Jllustr. CASTELLANI Vilnensis Campi-Ductoris M.D.L. jam nunc PALATINO Podlachiæ, Armorum Regni Campi-Duci

Dum Nuptialia iniret fœdera

primo voto

Cum

J L L V S T R I S S I M A D O M I N A

D. D O R O T H E A

C E T N E R O W N A,

CAPITANEIDE Leopoliensi &c.

à Collegio Scholarum Piarum Chełmensi,

In stadio virtutis Heroicæ & nuptialis pompæ.

P R Æ S E N T A T V M.

Anno quo DEUS exultavit ad currendā viā 1690.

Authore P. DAMASCENO à Matre DEI *Sch. P.*

VARSAVIÆ Typis Collegii Schol. Piarum

In Gentilitia ILLVSTRISSIMÆ DOMVS. RZEWUSCIORUM ARMA

Ite pares ſuperis, rutilas excedite ſphæras
RZEVINIÆ, cælo maxima cura Domûs
Seu vos belligerã pulchri Mavortis arenã
Seu teritis Domino limina ſacra pede
Non pereunt quæcunquè Domus veſtigia figet
Sunt Aſtris, geminâ, nẽpe notata CRUCE.

PRÆFATIO
Ad
JLLUSTRISSIMUM DOMINUM.

EX voto BIVIUM hoc Herculis ingredimur, quo nos in ſcholaſtico decurrere ſolitus pulvere, deducit Mercurius. JLLUSTRISSIME DOMINE. Equidem ſemitasTuas gentili detritas Solea, ſcire nulli conceſſũ, non aberrabit tamen pediſſeqvus Hymenæi Orator, cum geminas CRUCES ad VIAM habeat, quibus dirigatur. Ardeatinam dixerim, aut Aureliam; hæc Martialibus accenſa flammis, illa munifico reſperſa auro; ſed melius gloriæ immortalis Candidati viâ lacteâ inceditis; maximè cum eam nova Juno JLLUSTRISSIMA DOROTHEA CETNEROWNA Vobis apparabit. Deviaret hic Attica noſtra, an dèficeret? Pòëticis non benè nixa pedibus, niſi optimum famæ viaticum à Te accepiſſet. QuamvisCaduceatori Mercurio omne pervium iter, etiam in aſtra patet. Sed quid moras nectimus? non fracto greſſu in Tuos eundum applauſus, cum volaticus amor alas, talaria Mercurius addat.

O! mihi ſi liceat thalamis intendere carmen
Connubiale Tuis; ſi Te jam dicere Patrem
Cùm Tibi prodiderit feſtas lex pronuba tædas,
Sis precor aſſiduus nobis, Marijq; relinquas
Et ſenis Auguſti numerum. *Claudianus.*

Ita vovet
Jlluſtriſſimo Nomini Tuo Devinctiſſimum
Collegium Chelmenſe Schol. Piarum.

VIA MARTIS.

Seu

Heroica Jllustrissimæ

RZEWUSCIANÆ

DOMUS.

FACINORA.

MArs generosa sui renovat suffragia cāpi
Perq; ipsos cædis cumulos stragemq; cruentum
Demonstrat furibundus iter, quo ducere fas sit
Prælia; stant acies nostræ, coit area bello;
Hîc alitur sangvis terras fluxurus in omnes
Lumina dant Patriæ, grandi fremit ecce tumultu
Tot Dominis clamata Domus, ceu agmina bello
Decertare putes, justumq; in gurgite Martem.
Aspice Leche, tuum jam vertice celsior hostem
Aspice, quam rarum referens inglorius agmen
SARMATIA detrusus eat, quantumq; priori

Diffi-

Dissimilis, postquam subiêre pericula clari
LaudeDUCES, Sacrâquè antiqvus imagine Miles,
Conscia factorum mens altũ spirat honorẽ:
Hic nam causa Patrum, regum conjuncta saluti
Bellorum geminat lauros, îjsdemq; trophæis
Reddita libertas orbi, vindicta Parenti!
Major cura DUCES miscendis abstrahit armis
Cædunt ense VIAM, qua magnis passibus itur
Digna legi virtus omni cùm pectore sævit
Martis amor; nulli ruit expugnabilis astro.
Optatum benè credit emi quocunq; periclo
Bellandi tempus, non frontis parcit honori
Non pectus jaculis, non cætera membra moratur
In pretium belli dare, si victoria poscat. (Troja
Vestrum hoc Augurium est, Vestroq; in Nomine
Vobis stant faciles Thebæ RZEWUSCIA proles.
Si Curios his fata darent, reducesq; Camillos
Temporibus, Decijq; caput fatale voventes
Hic starent; lateq; ferens sub pectore dextro
Orbem alium Tydeus, vel lingvâ Tantalus audax.
Cunctorum, si facta simul jungantur in unum,
Præcedent numero; hic orbis stupet ipse Latinus
Ingentes genitos; quantosq; ad bella creâris
Et quot Leche viros! toto simul utimur orbe.
His ego nec Decios pulchros, fortesq; Metellos
Prætulerim, non qui Pœnũm domuêre ferocem
Scipiadas, Gallisq; genus fatale Camillos.
Sed jam (solicitis afflicta Polonia rebus)
Tempus agit, siquid pro me tolerastis in armis
Ostentate mihi justo, memoriquè triumpho!

VIAS TUAS.

Longius extra Musarum Patriam
agressus,
ad aram honoris
Patriis benedictionē Crucibus præstolatur Orator;
sed impertias quantumvis victrici dexterâ
C R U C E M
JLLUSTRISSIME DOMINE,
adhuc in bivio hæret,
cûi prius Gentilis soleæ insistat vestigio;
cum illa supremos etiā Colles
in vias planas votis detriverit.
Detumescunt magna honorum culmina
Adeoqué
in humilem desinunt planitiem,
quæ sibi omne fastigium excessisse videbantur,
Vix domesticum illis impressistis calcaneum.
Infra pedes rejecti cadunt tituli,
qui se capitales jactabant.
Ita quod alicui in caput exonerat fatum,
Vobis necdum plantas attigit.
Plerumq; enim
aliis, summum, omnes terminat honorum ascensus
aliis infirmus ad maxima gradus est.
Satis ad fastigium maturis salicibus
in cubitalem excessisse mensuram,
quæ sunt prima teneræ quercus incrementa.
Et parvis flaminibus abundè aquarum est,

si

Si ad decem passus suas extendant ripas,
Hoc tamen in Pelapo quantum est?
Quo igitur tuos insequetur Aborigines Mercurius?
cum æque colles, ac infimam planitiem,
in unicum benè merendi campum
Gentilis lævigavit SOLEA.
In VIAM pacis connubialis iturus
VIAM MARTIS ante omnia emolitur.
Ille enim optimè illuxit Solis radius, qui per
obstipam nubem evasit;
Rigente Aquilone bruma, ferventius aspira-
mus in æstatem.
Ideo gratissimus orbi dies
quia noctis proles.
Quidni verò
primæ glaciem in Istro aut Strimone frangeret
Appollinaris Pegasus
quem gentilis SOLEA in ejusmodi obarmavit
lubricum?
Augent Connubialibus cædis splendorem,
Belli faces;
& amor,
ubi suam in figendis cordibus evacuavit phare-
tram,
Scythicis eam optimè explebit sagittis.
Non semper pœnitentiam apellabo heroum,
cum in bellico pulvere & pane victitant,

etiam sub his cineribus latet scintilla lætitiæ.
Adeòque
Compendiosissimum iter ad tripudia à trophæis.
Optimè in eadem arena Gradivus & Hymen,
hic victricibus laureis,
ille nobiliori coronandus serto
Athletas Agent.
Rudis quidem in choreas Bellona
quæ ubi ad suos Pompeium arripuit saltus,
donec in extremam præcipitasset vertiginem,
non dimisit.
Amat tamen & illa Cythereæ consortium.
Vix gloriosum esset heroibus
in vulnera tantum portare capita
non item in serta & coronas.
Agilius volat ad annulum bellica sarissa
quam Martialis impulit lacertus.
Et licet lubrica belli fortuna
multos cespitare fecit ad tumulum
securè tamen RZEWUSCIANA attereretur Solea
nempe
Intimo quodam propinquitatis nexu attinentur
SOLEA & OLEA.
Nec arguatur illa levitatis,
Si capite in venerationem vestram incesserit:
Cum enim sæpius pervicaci ingenio offenderit
fortuna quam pedibus,

Caput ſoleari debuit.
VESTIGIUM optimi herois qui inveſtigas,
Hic habes.
ASTRUM MARTIS,
Non alibi pulchrius quàm in hoc relucet hemi-
ſpherio,
Nec mirum quod Sereniſſimi Soles,
Reges inquam.
ſæpius apud vos ſua exoriântur liberalitate;
Scilicet ad invidiam cæli ZodiacumDomi habetis
In SOLEA;
quem
Luna etiam Turcica ut ambiret,
In decreſcenti ſemper eſſe voluit.
Nimirum magnam ſemper CRUCEM cumRZE-
WUSCIIS habet oriens
quia duplicem.
Effrons tamen hoſtis
cum in fronte VeſtrãCRUCEM figere non poſſit,
ſuam cum tergo extra limites trahit.
Metuat ſibi barbarus prædo libertatis,
ne agatur in CRUCEM,
RZEWUSCIO interceptus Marte
Si tam vilem Barbarorum ſarcinam pateretur
quæ non niſi aureos ſignat heròés.
ex numero Electorum eſſe
quis ambigat RZEWUSCIOS?
ubi in prima ſtatim fronte
Gemino notantur Signaculo.

Pro DEO & Patria
non satis vobis unam gestare
plures ferendæ CRUCES.
Certè benedicta Domus hæc
ut etiã in Imperia suas trãsfũderet benedictiones,
ne VESTIGIUM quidem
sine CRUCIBUS movet.
Non segnis in obsequia Vestra decurret gloria,
Quæ ad calcaneũ, geminum hoc calcar habet
Metire hinc sæculares tuos Annales Polonia!
Non unam ages vitæ Decadem
Si CRUCE Latios signamus Annos
Centum supplente SOLEA.
Sed jam age volucris penna,
RZEWUSCIOS involasplendores,
Quam
Satis victrices illorum Aquilæ implumabunt,
si rude deplumaret studium.
Castrensibus alis in sublime provecti DUCES
Atticis prosequendi sunt pennis.
Everberatæ lituis strepentibus aures
Dulci lyræ harmonia leniri merentur;
Aliàs
Acres tubarum clangores, quendam in animis
eluciunt acorem,
Nisi mollem tibiam inserat Thalia.
Vix unquam clarius Martiales, emicuerunt flammæ,
Quam in Cecropijs noctibus reaccensæ.
Pessimè fatis cessere facta
Quibus non accinit fatidicus Apollo.

Hoc est Musarum privilegium
Vt qua altis insepelit silentijs oblivio rectefacta
Illa rursus pariant,
Cunas prabente pagina, fascias reddentibus fastis.
Consobrina pralis pralia,
Amant iterum intra literarios ordines
Magnanimum savire Martem.
Et calami
Novam barbaro hosti infligunt calamitatem.
In faciem confuso Orienti acturi
Bellicam restauramus hic aciem
Quam toties TUI factis illustribus invaserunt
Majores.
Parum enim foret semel in belli arena victum
triumphare hostem,
Nisi quotidie triumphet in Annalibus.
Et quidem
Eclypsata sæpius Turcica Phæbe
clariorem Vobis famæ accendit meridiem;
si non pulchrius
Gloriosissimi in sole Cives Aborigines Tui,
Diem sibi illustrabunt.
Nescitis alieno fulgere lumine,
Quos Patria lucis educavit,
Martiales accenderunt flammæ.
Non revoco antiquos in paginam
Iazygarum Duces
quos RZEVINII suffecêre.
VISIMIRUM Poloniæ Principem Vestrũ inquã
sydus, Recen-

Recenset immortalitas.
Sæcula Cracji non excutio
Quæ tot fulmina belli aluêre, quot
REVINIOS Heroes,
Gesta vocant potius nostram præsentia pennam.
Parum enim gloria rubiginosis mentibus,
Ab aureis progigni Parentibus.
Quantum est Mulciberi decus? imo quantū dedecus?
Jovem in sua numerare Prosapia,
Si ipse malleum inter & incudem hæreat.
Non bene ad solis Majestatem Paternis feretur alis
Degener Aquila pullus,
Quem sua deplumavit ignavia.
Non uni movebit cornicula risum,
Emendicatis solùm investita plumis.
Quare
Cum quivis RZEWUSCIUS
Antigonum pro mille restituat,
Tantum in se circumferens materiæ,
Quantum alius, si integros Annales in suam de
rivet lineam,
Non haberet,
Ab Atavis incepisse sufficiet.
Ultra Gades & Thulen
Sacer Tyaras præibit,
Illustrissimi Gervili RZEWUSCII
Episcopi Plocensis,
ut noscat orbis,
Aram securitatis publicæ, & probitatis Sanctuariū
in au-

in Aula Veſtra coli.
Præclarus RZEWUSKI Caſtellanus
& Capitaneus Brzeſtenſis in Li-
thvania,
Propugnaculum Patriæ, hoſtium metus.
Latepatentes famæ ſuæ extendit limites:
SUCCAMERARIUS LEOPOLI-
ENSIS
PROAVUS Tuus
Jlluſtriſſime Domine.
Optimæ frugis Heros,
Dum agrorum finibus attendit,
Aggerem in ſeipſo hoſti objecit.
Ambiebat contra jus hæreditarium Oſmanus
Ferro in Polonia
Sui Orientis protrahere limitem,
Sed ut iniqvus uſurpator
Graviter à RZEWUSCIO repreſſus,
Tumulis ſuorum, Sarmatiæ fines diſtinxit.
Sanè frumentum Electorum
RZEWUSCIUS Hic,
Ubi omnem terræ Leopolienſi infodit curam
Meſſem gloriæ ſibi parturiit,
Mox in cibum fameſcenti Patriæ iturus;
SNOPKOWSCIA Prognatus Parente
Plurimos Militũ manipulos in uſũ Patriæ eduxit.
Liceat augure calamo præſagire

Hunc SNOPKOWSCIORUM in Nomine Manipulum esse,
Cui ipsa Ceres extra Josephi oraculum
Plurimos in venerarionem compellat.
An non pariter hic etiam meritorum famelicam
Gestis victricibus saturabit Patriam?
Didicimus in Regio JAGIELONUM scirpo
Polonas Aquilas
Optime posse ali manipulis.
Quid plura?
E tam Nobili fruge seipsum dedit,
DECIMAM CÆLO,
Siquidē hac lege soles oriuntur, ut aliquando occidant,
Maximorum quorumq; mensura, brevis urna est.
Ad modicum sepulchri lapidem offendit
Qui summa thronorum fastigia
inoffensō transiit pede.
Illachrymare fatis SUCCAMERARII Polonia
Qui nè lacrymareris
Bellicum pulverē in oculos excutiens Barbarorū
Effecit.
Si tamen fundere lacrymas poteris,
Cum pupillam hanc oculiTui amisisti.
O! Pulchra Sceptri gloria Lechici!
Sidus micantis conspicuum Poli!
Lemburgiensis, atq; Nostræ
Grande decus pretiumq; terræ,
Sic ergo Regni non memor occidis
Domusq;

Domusq; dulci velleris è sinu,
Sic non levandâ jam ruinâ
RZEVINII Columẽ trionis,
Uno labantis, pro dolor! Hespero
Cadis diei, quem trieterides
Dedere longæ, quem Paternus
Sarmaticis honor educavit,
Dignum coronis; Occidis! occidis
Nostri beatum Lumen Orionis
O! sæva Parcarum rapina?
O! rigidi Lybitina vultûs?
Frustra protervis pulso doloribus
Edicta Parcæ; scilicet omnibus
Hac restat ire; mortis omnes
Funeream repetemus urnam.
Nihil severis legibus eximet
Quas falce sculpit mors adamantinâ;
Idem vocamur in sepulchrum
Omne brevis caput urna claudit,
Ignava secum quem Lachesis vocat
Non obsequentis turbo satellitis
Defendit illum; sæpe victrix
Per medias equitum Phalanges
Armis valentem surripuit Ducem,
Et lachrymando pulvere miscuit;
Quem quisq; pugnando, feroci
Ipse sibi parat ense miles,
Illum peremptus sæpe tenet locum.
Idem coronat cum Duce militem
Plerumq; cespes. Sic nec ipsum

Atra

Atra pavet Lybitina Martem.
Credetis! omnes ibimus; impiâ
Cum Parca ſcindet ſtamina forfice;
Non haſta Militem, nec enſes,
Barbarico tumidi cruore,
Non nos recuſum divitis obteget
Pondus metalli; non Arabes ſuo
Gazæ nitore; non ſuperbi
Maſſagetum rediment triumphi.
Illâ potentes falce Ducum Lares,
Qua viliores Parca premet caſas,
Serò vel ocyùs, Quirites
Jmmemori rapiemur horâ.

Ne tamen egeret Polonia tantæ frugi Viris,
Fæcunditate conſuluit,
Ex conſorte ODRZYWOLSCIA Capitaneide Vinnicensî
Tres Patriæ Conſecrans Filios.
Beata hæc natorum Trias
Fide digna egit.
Tres putates Gratias
In JOANNE, MARTINO, & STANISLAO.
Ea enim naturæ in RZEWUSCIOS indulgentia ut nunquã deſiderentur, imo ut deſiderẽtur ſẽper,
Bonis Majoribus, optimos procreat hæredes.

Nempe

IlluſtresFilij non bonis tantum ſuccedere debent ſed & moribus Patrum.
Nobiles ceras ideò Succeſſoribus ſua aſſignavit poſteritas, ut cereos haberet Nepotes,
Id eſt Ad

Ad imaginem suorũ Aboriginem facilè flectendos:
Cor Parentis non degener filius,
Quod eò solidius Majorum Sangvine alitur
Quo Majori spe ex asse hæredis ablactatur.
Hinc cordiPatriæ in posthuma proleAborigines
nec unquã emoriuntur, sed immorãtur solũ tumulo
si bene stagyrites cordi vitam tribuit.
Vivit redivivus è suis cineribus Phænix,
ATAVUS TUUS.
In MARTINO RZEWUSKI
Qui cum agmina se sufficeret unus
Agmen duxit sub MIELICCIO, dein ZAMOY-
SCIO Ducibus.
Antipatrum sub ALEXANDRO crederes
aut Achillem sub Chirone
ita Martiam suorum Ducum expressit dexteritatẽ.
PallioMARTINI sagum permutans
Scidit Togam pacis,
ut integritatẽ suæ Sarmatiæ sarciret;
vel potiùs, ut nudum Militibus abAquilone latus
Patriæ obtegeret.
Expertus est GEORGIUM in MARTINO Mo.
schoviticus Draco,
Cui Gentilem ZAMOYSCIUS suffecit Sarissam.
Et Sveticus Leo cum prædas in Livona ageret,
Martiali igne territus ultra Balthiden vix sensus
recollegit:
Unde teste Plinio, agnovimus
igne & rotis profligari Leones.
Quid Turcicus Oriens?

se mira-

ſe miratur inermem ; ut cum Poëta loquar ;
Excidit manibus enſis , quo inter Aſtra ſævire
fingebatur,
ad ſtrictum MARTINI Gladium.
Verbo Martium MARTINI Nomen,
Stylo ferreo in librum vitæ tranſcriptum,
indelebilem Martis expreſſit characterem.
Habent enim innatum, bellaces animæ
ut accenſam ſemel belli facibus indolem, nunquam
reſtinguant.
Cum tædio extrahitur hora
quæ ex non Martiali arena in clepſidris menſuratur.
Diem Martis ſemper obeunt
quos pulcher belli ineſcavit amor.
Alterum erit documentum
In JOANNE RZEWUSKI
Hic quidquid in bellico egit ſtadiodromo
Gratiarum ſeries videri poteſt.
Stetit in acie à dextris Domini, non ſedit.
Totus in ferro cataphractus Heros,
rubiginem noninduxit aureæ menti.
Et hoc eſt Martiæ Indolis
ad ferrum, feritatem exuere ;
In bello, nihil belluâ dignum egiſſe.
Invenit gratiam in oculis Magni Ducis Caſtellani Cracovienſis JOANNES.
Seu potius communicavit ſuam,
cum quo ſtipendia merebatur.
Unicum hoc Noſtro JOANNI deerat

ut sub CRUCE POTOCCIA ad mortem persisteret,
qui jam calicem passionis ab hoste propinatũ,
pro salute Patriæ hausit,
Quid tutum à POTOCCIO habet Oriens?
ubi armatam sub signis ducit Gratiam?
Certè
Victrices circumferet ubiq; cum JOANNE
Aquilas.
Oleum & operam lusit hostis,
quoties eam impetebat phalangem;
tulit innocuè etiam sub Isaurico thermas ejusmo-
di JONNES.
sed cùm grave lethum pro Patria eligeret
Martyrium in sanguine tulit sub Korsunio,
ubi etiam octo RZEWUSCII,
Cannas repererunt.
Quanta Nomina!
Hic tercentũ Fabios, hic Scipiones ominari licuit
Irreligiosus tamen Mars,
in sanguine, qui in aqua debuerat
novennium absolvit, in novem RZEWUSCIIS
Medetur immani lætho, famæ amuletum.
Siquidem
Angelicæ vitæ Heroes, ut in novem Angelorum
choros partirentur,
morte effecerunt.
Et quia legitimè sub Korsunio certârunt
jam Regales spiritus,
Sanguinis proprii muricem unduti
Coronam gloriæ acceperant.

Imo

Imo novē hæc sidera, pro fabulosa Arsadnes corona
sertum sibi texunt, ut seipsis coronentur.
Expers arithmeticæ Libitina,
Mirum
Quod in novē *Rzewuścijs* perfectum numerū ele-
Laterent hic & novem Musæ (gerit
Quasi ab umbris obscurioris latebræ atra chlamidis
ut tanta flumina publicæ deflerent (quæsituræ
Nisi
Per mille fossi vulnera pectoris
Per obstinatos Martis acinaces,
Quæsita victuris perennem.
Militibus Lybitina gignit
Honesta laurum, sola superstite
Se laude virtus Martia publicat,
Quam mente robustâ supremum
Non, piguit sibi sæpe lethum,
Per alta belli accire pericula,
Quæ non inulto pectora vulneri,
Obiecit in Besso decorum
Nausagium patiens cruore.
Nunquam beati rectùs ætheris,
Conscendit arcem spiritus arduis,
Emancipatus lege membris,
Quàm patula volat ex arena,
Algere doctus sub Jove frigido,
Imò supernas Hippotadûm domus,
Adire certus bellicarum,
Explicitis aquilarum in alis,
Feretur ipsos hinc Jovis in sinus,

Atqui Paternis deſes oloribus ,
Expectat Atropon remiſſam,
Eliſiæ novus hospes aulæ ,
Ridetur acri non ſine ſibilo;
Ignara nutat turba fidelium,
Virumne, fœminamne, mollem,
Eneadan Hecubamvè credant?
Quem Machmetano forſan acinace,
Aperta largi janua vulneris,
Emiſit Aſtris, miſcuitq́;
Cælitibus ſocium catervis
Is æuiternæ ſtemmata gloriæ,
Poſſedit unus ; non bene nobilis,
Me vate, ſpiritus ſcietur ,
Plebeijs animabus olim .
Miſcendus, illum purpura ſangvinis,
Sui vel hoſtis ſi minus induit;
Honeſta mors fractis ſupremum,
In gladijs feretrum tuliſſe,
Res veſtra magni nunc agitur Duces
Quos Korſunenſi nuper in area,
Pulchris jneſcatos triumphis,
Præcipiti Libitina falce
Invaſit effrons; quid temerario
Quid me Camænæ dicere barbito,
Iuſſiſtis? ipſa mors timebat ,
Rzewinias temerare palmas,
Licet ſeveris enſibus hoſtium
Impulſa, longe; ne ſatis unica,
Illos fatigaret ruina ;
Mille ſimul generoſa, mortes,

Vix

Vix ſarmatarum pectora ſubruunt,
Per ipſa lethi damna ruentium,
Tu namq; feſtinam furori,
Non animam Leche credis uni,
Heu! quot Tyrannis torſerat Atropos,
In vos vetuſti robora Nominis!
Iam tela, jam cædes, capacem
Vt legeret cineres in urnam,
Tamen pavendis viribus excidit
Prius, toroſo corpore, quàm pios
Eliſit auſus; & jacentem,
Beſſe time, moneo, Polonum.
Non vos inulto victima Barbaro,
Licet trecentis vulneribus capax,
Pectus feriret, non rebelli,
Fulmineo cecidiſtis igne,
Fruſtra Kozaco; vidit inertia,
Pallere multum retro cadavera
Imbellis, hinc & inde Chmielnik
Cum celeri raperetur Euro,
Adusq; fines, ſtagnaq; Tauricæ,
Quid ergo? ſolis Muſa doloribus,
Litabis Heroum trophæis?
Inferiæ lachrymis tepebunt?
Quis iſta ſuadet? cedite Næniæ,
Baccis revincti namq, perennibus,
Vivent RZEWVSCIJ Sequentûm
Non humilis decor abnepotûm.

Sed jam

Reus temerarij mæroris Apollo trahitur

Ad

Ad JUDICEM Terræ Leopolienſis
STANISLAUM RZEWVSKI AVUM TUVM
JLLUSTRISSIME DOMINE,
Pænâ Capitis damnatus laureas in lucrum offert,
deplorabat Leopolienſis Curia juſtitiam,
Cum ille
poſt breve lachrymarum diluvium,
Themidem novus Deucalion adijt
ut civium crimina ſuffocans Cives ſervaret?
In LEONE LEMBURGICO tunc ſol erat,
hoc eſt rapinis, & feritati homines litarunt,
mox Iuſtiſſimo AVO TVO
Ad lances Iudicij revocatus.
Herculem LEO hic in RZEWVSCIO reperit
cui exuvias concederet,
Si quando, certe illa ætate,
ad invidiam Acriſij, & Danaes
TVRRIBVS LEMBVRGICIS
Aureus vir *AVUS TVVS* influxit
qui ſtrictum in latrocinia ferrum, toties arceret?
Perſeum diceres,
ad cujus decretoriam altæ mentis ægidem
non una Gorgon obrigesceret.
& quidem
Non poſtrema hæc laudis acceſſio, ſcelerũ vindicē
vindicatorem juſtitiæ audijſſe.
Detonare gravi incrimina fulmine, Deorum eſt
quod ſi magnis etiam id conceſſum Heroibus
proximus ad divinitatem gradus videbitur.
Multis cæca fortuna vel æmulari ſcelera
vel diſſimulare juſſit

Plurimis cerussata Venus confundit oculos
Tamen religiosa videri amat Justitia,
Cui pictoritius velum obtendit penicillus
ut modestiam in oculis servet.

Huc accurrite,
Quorum incuriâ, Curia criminibus patet,
ideam optimi JUDICIS
In STANISLAO habetis.
Amicum hoc Iustitiæ Numen
etiam suis incineratam sepulchris veritatem
In PETRO excitare novit.
Non audebant personata scelera in conspicuũ ir
quousq; hic DivinusCato conspiciebatur;
Quod si è latebris protulit caput iniquitas.
illico sub Lictoritia securi ingemuit.
Sta Calame
Uno tractu tanta exprimereNõina temerariũ esset
Imò perge
Annonam tibi in via MARTIS sufficiet
Annorum victor,
JLLVSTRISSIMVS MICHAEL
FLORIANVS RZEWVSK
Thesaurarius Curiæ Regni
Sanè bellacissimus Heros, an Igneus Elias?
In fortitudine Martij panis
Deserta Moldaviæ, Scythicæ, Ukrainæ
noctu, diuq; superavit.
Totus in acie FLORIANVS
merito Flos campi
In odorem virtutis suæ nobilem traxitBellonam

ut inter graues pulveris odores,
fragrantiâ meritorum recrearetur.
Rugiebat à Balthide Sveticus LEO
ideò eò nobis formidolosior, quod in fabulis tantũ
(cum novimus
MICHAEL ſub CZARNECCIO
totus excanduit,
ut ignea mẽte deterreret Leonẽ.
Naufragã libertatẽ in Gẽtilẽ cymbã tunc receperat
alter Iaſon CZARNECCIVS
MICHAEL ſub umbra alarum ſuarum fovit
Alligata ad petram offenſionis Andromeda
SARMATIA NOSTRA
expectabat è Balthico mari enatans Monſtrum
cui in prædam cederet;
ſed Perſeum in Michaele reperit.
Ne tamen ulla oblivio memoriã geſtorũ deleret
altos cũ vulneribus characteres impreſſit pectori
(hoſtis.
Scilicet intactæ alias virtutis Heros
globo tactus,
Ideoq; excitatior in palmas.
Cave Barbare archiater
Cum venam bellandi aperuiſti RZEWVSCIO.
Obductæ licet cicatrices
Sed vivit tacitum ſub pectore vulnus
Rudimenta tamen hæc Michaelis fuerunt,
quippe *proprium eſt generoſæ Indoli*
æque maximum in ortu, ac in occaſu videri
Ignavus hic aſcenſus
à minimis incipere ut faſtigium in auda Pa-

Parvi nõinis amnes a fonte, angustis cohibentur reijs
donec audaciores undæ marginem sibi promoverint
Nilum in minori rivo nunquam bibit Ægyptus
At Necdum ita exhausta virtus MICHAELIS
qvin in Majores diffundi posset alveos,
Frigebat ad Scythicas nives SARMATIA,
ille Martium incendit focum
ad quem incalescens acre gelu è visceribus depel-
(leret Patriæ
Maligni spiritûs Tartari
Semper Duce MICHAELE profligandi erant
An sub Białacerkvia Kałmucẽsis nõ ingẽuit Ma-
(vors?

hoc unico felix
quod a RZEWUSCIO cæsus.

Est enim aliquod lethi solatium magno succubuisse heroi
Atro carbone in Martiali foco notandi
iam ipsi Titiones Scythæ,
candorẽ fortũæ ab urbis nõen clatura qvæsiverunt
sed apertos Białocerkviæ offeniderunt sibi tumulos
Oblitus barbariei barbarus
metuebat terga vertere RZEWUSCIO
prostrato cũ anima corpore Nũen adorare Maluit.
An enim subisteret coram MICHAELE? Tarta-
(rus
Agnoverunt hîc emeritum Heròém Turcæ,
ideoq; cũ nec aurũ Caucasus pareret, nec laurũ,
ferrea saltem corona
In Podhajecensi obsidione eum

ac integrum exercitum ſibi devincire ſtuduerunt
Medelam inpulvere bellico accepit Polonia.
eò majoris effectus, quia cũ hac Turcarũ cuſtodia.
ſed o! præclaros cuſtodes ovium, ut ajunt lupos
ſubodorarunt cum IOANNE
aurei velleris,
hoc eſt aureæ libertatis nobilem Agnum;
Acubat orexim pinguis præda.
Conclatum fuiſſet
Niſi Polonorũ virtus etiam in anguſtijs, auguſta tẽ-
Obseſſa a Tartaro caſtra (tares
in jeiunio dæmonium hoc ecere voluerunt
ſi bene fames hoc veſtietur Nomine
Pulchrius in arcto emicant Martiales flãmæ
Apparent in nocte minora etiam ſidera,
quæ dies & ſol abſconderat.
Gratior orbem illuſtrat radius
quem ſol per nubila vibrat,
Videre erat ſerenam MICHAELIS frontem
inter Mirmydonum, Dolopumq; nimbos.
Præcluſi ferro aditus, non ſpiritus.
ſed quo evolas penna?
parcendum Atticis laudibus,
cũ ipſe ſereniſſimus IOANNES in laudes Micha-
ſatis elogij, illo ore laudari meruiſſe. (elis deſcẽdit
Acsipit non humile pondus gravis oratio ab Oratore.
Interire egregia MICHAELIS geſta non potuerũt
quæ teſte illo exercuit.
Et quidem
perhibuit teſtimonium IOANNES de ſuo heròe
Merita MICHAELIS debitis appretians honoribꝰ

Addidit calcar MICHAELI laus magna Ducis,
ut iterũ inMoldavia suæ virtutis ageret docũenta.
Et primo didicit Oriens occasum ferre.
Agebat in nos obscuram TurcicaLuna Cimeriam,
ut in tẽebris facilius libertas Polõa ad lapidẽ offẽ-
(deret
Iamq; actum esset
nisi MICHAEL facibus belli accensis
domum eam reduxisset.
Quoties enim factum est prælium magnum
non tam cælo quam in terra,
MICHAELE indiguimus.
Metuendus Bisthonũ Cõeta quas nobis portende-
tulit insuis. (bat clades
Qui convitia Sarmaticæ spargebat libertati,
terram mordere coactus ut mendax.
(Veritas enim de terra orta est)
Ideo reus mẽdacijOriẽs matrẽ veritatis prono ore
deprecari debuit.
Ferebatur spiritu Dõini *MICHAEL* inBarbaros
ac plurimum hostici sanguinis fundens
docuitOrientem rubere semper.
Infidelis Barbaria
Baptismum in sanguine à Ioanne accipit.
Lunatici hostes qui pinnacula fortalitiorum
ascẽdere nitebantur
ad vocem IOANNIS corruerunt.
Ferrum nobis portabant
ut auro libertatis Polonæ permutarent
cujus

cujus pretium in sua exploratus bilance Michael
malult ferrum pro ferro objicere.
Non hic meta Athletæ egregio
extincto oriente in Ukrainenses campos descendit
ex Archangelo, Apostolus MICHAEL
ad fidem Regiam convertit Hoholam & Mogilovo
Rusticus alias Zaporovius Mars,
in adventũ illius perhũaniter reserat urbiũ portas
Hinc ad Baſskoviam movens
Patrias Cruces impertitur
ut inſeſsam à Turcis eliberet
ægre ferebat in suis visceribus civitas illa
adeo crudum reservari hostem,
donec illum Martialibus flammis evomuisset,
sed eja fortunatissime Heros
Non capit te Polonia, ut Macedonia Alexandrũ
Transferendus in Valachiam Mars.
Rursum ut in messem palmarum falcem mittas,
Condiderat se inter aspera ferarum lustra
efferus hostis,
tu maximas ubiq; extendendo plagas
unde maiorem venabaris gloriam
sera hæc Valachorum pænitentia,
Eremum incolere
cum Regiam colere Majestatem dissimularent.
Qui paradisum cum Polonis haberi noluerũt,
mordicus carpto regali pomo
inter folia novi Adæ latebras inveniunt
Tamen & illis protracti latibulis
omni exuuntur felicitate à MICHAELE.

Vastata flāmis & ēse Valachiâ cinerū dies absoluit
Noluit Serenissimus Regnans
et nobiles laureas sine aurea liberalitate marcescere
oblatâ Chelmensis Terræ Præfecturâ.
Ita in Valachicis nemoribus, ursum Chelmensem
prospero omine venatus MICHAEL,
seu potius
allicuit dulcedine famæ gentilem feram
Fatiscit oratoria penna
Nec āpli' vestigia MICHAELIS observare poterit
qui volaticis adeò passibus Viam Martis metierit
An enim quiesceret primū in castris mobile,
Qvē Valachia Domitorem nuper è genu adoravit.
Oriens legatum accipit
Tantus erat
JLLVSTRISSIMVS PARENS TVVS
ut personam totius Sarmatiæ circumferret
Gravis hæc Provincia nō qualicūq; hūero ferēda,
Tanto cælo portando non quilibet par est
nisi aut Atlas, aut Hercules.
Avidè expectabat oriens sidus RZEWVSCIVM
Cum enim igne & ferro perrumpit Valachiā
incendijs clara Indoles portendebatur.
Nēpe purgatoriū seu piaculares flāmas in Valachia
igne Martio accendit.
ut expiati à delicto Majestatis populi cælo sarma-
transcriberentur (tico
Debuit in ortu apparuisse vir pro sidere probatissim'
qui sæpius bellico excanduit æstu,
ut dum felicitatis Sarmatico redderet Trioni
Cyne

Cyneam Pyrhri diceres linguâ æque ac Marte potē-
Quod si Æneas Troiam Græciam Ulysses (tem
suâ circumtulit legatione,
MICHAEL Poloniam ac Imperium
Redijt in suos ortus absq; Thyesteo Sol crimine
ut tanti splendoris virum spectaret.
Ipsis quoq; barbaris optimæ frugis heros
magnam sui famem reliquit,
majori fama olim saturatis.
Vnde providi Duces ne solitarius incederet.
Legione latus utrumq; cinxerunt,
Romanas interim aquilas deplũare volebat Oriēs,
quas etiam in Nido Imperij Vienna
victrici scrutabatur manu,
ut periculum effugerent
Alas Polonæ Aquilæ implorarunt
Ergo
Invictissimus JOANNES III.
Festinavit in Montana per Carpathum
Imperio ferens suppetias,
Elicuit lachrymas imbellis Wezyrus,
vix de IOANNE audijt
Maluit enim in lachrymis quã sanguine baptizari
Non potuit barbarus hic sereno oculo
Polonam aspicere fortunam,
ut tamen texisset pavorem
flammã tormentis elicit,
Primus illos transijt ignes
JLLVSTRISSIMVS PARENS TVVS
Cum ruenti hosti agmen opposuit.

Firmū in gēeroso pectore obicē reperit barbaries,
quæ more fulminis bellaces animas extringvere
(voluit.
Brevi exspirante prælio, respiravit Imperium.
Actus in fugam totus Oriens
didicit male in Europam ortum transferri posse
cui occasus amicior,
Hoc tamen solatij ei reliquit fortuna,
ut terram Imperij
quàm vivus excolere non posset, iu tūulis cæsus ho-
urgebat vindex ferrum (stis incoleret
ILLUSTRISSIMVS PARENS
ut aureum Romæ sæculum emanciparet,
imo ut plures in venerationem sui Principis
caderent Bisthones
Adhuc Strigonium restabat;
ubi cum pedibus se salvarent reliqui,
caput illorum Bassam Silistriæ
à corpore exercitûs abstraxit.
Mæret in carceribus nobilis captivus.
Meretur MICHAEL
Thesaurarius Curiæ Regni
A munifico Principe creatus
Sane aureus vir
nullibi tutius reponi poterat
quàm in thesauro regni,
Cordi illum esse Patriæ, vel hinc agnovimus,
siquidem ubi Thesaurus ibi & cor Poloniæ
omnem sibi sanguinem ab aureis derivat venis.

ſempe millenis & ulltra ei obligata meritis Patria
integro theſauro vix ſe exolvere potuit.
Ad hæc
in illius manibus ſe repoſuit Polonia.
ubi in manubiis honorarias claves detulit,
MICHAELI Mars Sarmaticus debebit.
ſi quid ſtrenuè atq; ad faſtigium gloriæ agit.
cui enim citiùs Ottomanica porta pateret
quàm aureæ clavi?
At JLLUSTRISSIMO PARENTI TUO
ſemper novi honores nova gignebant pericula.
Nimirum
plura ubiq; mereri voluit, quàm accipere.
cum ſex millibus Velitum
magno præmiſſus exercitui
vias hoſtium cladibus inſtravit.
Graſſabatur ad Livaniec Scythicus Mavors,
mox ventoſa alias agmina
Ulyſſes Noſter cum utre non poſſet
ferro præcluſit.
Plurimi in ore famentis gladii conciderunt;
ſitientes poſt Viennenſe excidium frameæ
eousq; inſtabant
donec ſanguine barbarorum potæ erubeſcerent.
Alii dum effuſo impetu mortem fugiunt,
celerius aſſequntur.
Ad duo milliaria palluit ſcythicis cadaveribus ager.
Tales ſub ſequenti magno exercitui pontes
inſternebat MICHAEL,
Induxit noctem orienti Turcica Phæbe
ut obſcuri Nominis barbaros tenebris lugeret
centum

centum Turcæ capti, confeſſi ſunt
exitialia Machometi RZEWUSCIORUM Nomina;
Quidnî Domus geminæ CRUCIS
Crucem inferret Biſurmano?
Interceptum ipſius Machometis Vexillum
ad aram Zołkieviæ repoſitum
ſignum eſt triumphati orbis.
Rebellis ſuo Creatori Otthomanica Luna
Ad aras appenſa fidem corrigit.
neq; hanc SERENISSIMUS
PRINCIPES
ſine gratijs voluit effluere victoriam
Certatum inter utrumq;
muneribus dominus, meritis MICHAEL.
Ita boni principis injuriam putant
egregia facta non coronare.
Sol quamvis ſuffragio alienæ lucis non egeat,
vibrantiori tamen eum illuſtrat radio,
qui accenſis facibus auget diem.
Sed in aciem rurſus,
in aciem RZEWUSCIO more conſveto
poſt receptos honores.
Nemeon Herculis, Theſei Calidonium nemus,
In Bukovienſibus ſylvis experiri licuit.
In tantùm adurebat barbaros ſpiritus famæ illius
meridies,
ut guttam generoſi ſanguinis incoqueret,
uſq; in fraxinea ſylva umbras quæſiêre.
Bene tamen
Threiciushic aper plumbea inibi ſaturatus glande
qui

qui aras diripuit, in haram compactus.

Quid plura?

Domum se in Budziacenses campos recipere coacti! scythæ.

ut ad focos Patrios inclarescerent,

quos fagorum umbra obscuravit.

sed ibi quoq; pervium iter Martis

Invicto PRINCIPI:

Quare

cùm sonuisset triumphali applausu

vox JOANNIS in deserto Bukoviensi; metu instante

terræ quia luteis casis infossi palpitarunt Bysthones;

solo exanimes pavore tumulos sibi fabricabant in domibus

viva cadavera.

Iterum inverso quidem Ordine

MICHAEL Præcursor JOANNIS

septem millium manu stipatus

60 Millia Nuradini

partim animoso sustinuit pectore

partim afflixit.

Eripuerunt nobis sagittarum tempestate diem

addensatæ Tartarorum nubes,

non tamen vitam imo nec lucem.

prælucente exemplo suis Heroibus

JLLUSTRISSIMO PARENTE,

Quid?

Noctem barbarorum cymmeriam pati poterant heròës?

ubiut

ubi tu alterum ſidus Martis
JLLUSTRISSIME DOMINE.
Factorum claritudine in oculis fulgebas?
ſed periculoſæ plenum opus aleæ eſt,
Duo Numina
in unam componere paginam.
Diſtincta te proſequemur Panegyri
qui par ſoli jam lumen fundis.
Satis modo
JLLUSTRISSIMI PARENTIS TUI
Laudum ſequentibus undis obrui
Ite plauſus!
Fama orbem compellat in ſpectaculum;
500 Scythas una acie captos
MICHAEL in triumpho trahit.
Selegerat ex Aula Hami nobiliores Tartaros
Gradivus;
Qui digni eſſent in hoſtiam cadere
RZEWUSCIO
Quis neget?
Si Scythicum grave gelu?
metu gelantur Scythæ?
Jlludebant crebris ignibus Sarmatiæ,
accenſis paſſim oppidis & villis Tartari
ignorantes periculoſum eſſe,
cum flamma ludere,
Aduſti tandem serò agnoverunt
Se incedere per ignes ſuppoſitos cineri doloſo
Sic inſolenti, flumine Boſphorus
Diras Polonis avibus invehit
Clades

Clades in ultus? atq; Thraces
(Deucaliâ Lechicum procella
Haustus obruem) promovet Insulas?
Iam fluctuantis deluvio freti
Et regna volvit, & gementem
Sarmaitci populum Trionis!
Opes furenti corripit alveo
Et ense partis exuviis Lechi
Irritat amnes; jam Polonus
Bosphoreas bibit omnis undas.
Passim feroces turbida barbari
Movent Lethæis iurgia de bonis
Impune plorantes colonos
Et steriles populantur agros,
Passim fugacis colla per Incolæ
Per ipsa Regni viscera Thracius.
Grassaturensis; ditat amplis
Et Scythicas, spoliis pharetras.
Ergo paventûm consilio pedum
Turpi quirites abripimur fuga
Nec ulla Lechi Tauricanis
Obiicimus bene tela turmis.
Absit Polonæ hoc dedecus Indoli
Sunt arma nobis ; pulchrius immori
Hastis & ensi, quam probrosæ
Cymmerio dare terga vulgo.
Malim feroci saucia pectora
Offerre telo, quàm pavidum dare
Tergum trophæis, quid fugaci
Palma valet licitata cursu?
Quanquam nec armis, nec Duce *Sarmatæ*

Ege.

Egemus ullo; cede minantibus
Mars cinctæ turbis, cedat heros
Belligeris animatus ausis.
Solo vadantis jurgia Bosphori
Solo ruentes nomine Bisthones
FrenatRZEWUSKI pallet ingens
Odrisij cuneus Tyranni.
Fremunt nivosi culmina caucasi,
Et turbulentæ regna propontidis
Ad nomen illud; sequè durus
In luteas Scytha condit ædes.
Sic est! habete hinc pro clypeo Lechi
Nomen RZEWINII, non opus est Getas
Vexare ferro MICHAELIS
Castra dabit metuenda Nomen.
Hilarem stropham, excupiat catastrophe;
Epicinia in epicediis desinunt.
Quo laberis Pallas?
Extinctum Patriæ sidus
In MICHAELE RZEWUSKI
Cave ne dixeris.
Ita sol occidit ut rursus oriatur;
Posset ne mortuali nocte celari tantorum luminum Parens?
exoriare post mortis occasum
In Jllustrissima progenie redivive sol
STANISLAO, ADAMO, MAURITIO
& JOSEPHO.

JLLU-

ILLVSTRISSIMA ANNA DZIERSKOWNA
Caſtellanide Roſpirenſi Capitan: Zydac. pro-
Nec nonFRANCISCO (gnatis
ILLVSTRISSIMA POTOCKA
Caſtellanide Camencenſi. propagato
Pridem benedictum hoc natorũ agmen
ſuis portendebat Nodis PatriaArbor
ſuperinducta *Cruce*.
Nobilem ſanè *Dzierzkovianæ* Domûs figuram
depoſitis capitibus adorabit Scythia,
cùm agat jam ramos ad inuidiam Dodonæ,
Gentilis Quercus,
Hoſtium exuviis ornanda, & oneranda.
Mirabtur orbis ? ſolo *Dzierzkovios* inſigniri
ſine frondibus trunco?
Nempe accendendo Martis foco ramos ſubmisêre
Primus in veſtigia Patris ſuccedere deberes
JLLVSTRISSIME DOMINE.
Niſi in propria laude ultimus eſſe propoſueris.
Cedis primitias Jlluſtriſſimis Fratribus
ur ipſe claudas agmen.
Naturæ enim hæc eſt ragula à majoribus incboando in maximis deſinere.
Ita excipit vices
Jlluſtriſſimus Frater Tuus
ADAM RZEWUSKI.
Optimus extra Paradiſum *Dzierzkovianæ* Arbo-
ris cultor.
Plaude Sarmatia!

certa victricium palmarum fertilitas
ubi in ſudore bellico ADAM operabitur.
Quis ambigeret?
In ſtatu eſſe gratiæ, ſub JOANNE III ADAMUM
quo teſte Nominis æternitatẽ sãguine licitatur.
Formidat ad Nomen illud callidus Mahometes
optime callens quod Dominus
omnia Subiecit ſub pedibus ADAMI,
adeòq; & ſub Gentilem Calcaneum.
At vos amica ſydera
Pollux & Caſtor
MAURITI & JOSEPH RZEWUSCII
ejuſdem *Dzierzkowſcianæ* Arboris plantæ
quo effulgurabitis lumine?
ſatis inter Atticas noctes lucis habetis.
Militare MAURTII Nomen,
Martis aſtrum ſibi accendit in cælo Mercurij.
JOSEPHO in venerationem cadere
pridẽ Stellas edocuit æther, adeoq; & ſid⁹ Turcicũ.
Optime Cheſmenſis Urſa
Lacte ſcientiæ geminos alet Fratres,
cùm & olim alia Cyrum ſolio educavit.
Permittetis Jlluſtriſſima Lumina
inter Martios æſtus
Oriri Syderea Ariadnæ ſerta
Jlluſtriſſimæ inquam *Elizabethæ Febroniæ* decora
quã germani ſanguinis anneſtit neceſſitudo.
Polluci et Caſtori, indiſſolubilis ſemper *Helena.*
Avitos illa ſplendores transfudit in Domum
Koniecpolſciam.

Jllu-

Jllustrissimi STANISLAI KONIECPOLSKI
Palatini Siradiæ consors,
Sed ut augeret non minueret gloriam.
A luminosa Matre *Dzierzkowna* quid nisi
Phænomena Regni expectarentur?
Pietatis illa imago viva totam ad aras egit vitam.
Testantur Chelmensis Sanctuarij pavimenta
quæ flexis dedolavit genib⁹,
Quoties humum verberante fronte, Patrios pulsa-
(vit tumulos!
Et tandem pulsanti apertum est.
Amoto *Dzierzkoviæ* Arboris fulcro
non minus firmam Domûs *Rzewuscia* basim
Accipit in columna *Oborsciorum*.
Barbara pyramidum sileat miracula Memphis?
Triumphalis obeliscus prodigium est famæ.
Ad metas gloriæ qui festinas
In *Oborscia* Domo decurre.
Quoties suffixa Gentili Columnæ Scytharū capita
Imò & ipsum Orientis caput,
Pœnas barbarici dedêre?
Sed non unius paginæ res est.
Satis in laudem dicere
quod Angelicæ vitæ *Oborscia*
Angelam genuit.
Necdum tamen figimus
In Patria *Oborsciorum* Columna
Non plus ultra.
Benedixit DEUS Domui *Rzewusciæ*
Cum ei *Potoccias Cruces* impertivit,
In *Jllustrissima ANNA POTOCKA*

Castelanide Camenecensi
Quanti Sanguinis Nexus
Ex Jllustrissimis consortibus?
Cum *Dzierzkoviis*, *Czurilovii*, *Jazłowieccii*,
toto influunt alveo.
Etimprimis Palatinus Podoliæ Dux Mag: Exer.
Famæ diffundit æstuaria,
Cui Parens Jllustrissimæ conjugis
In bona, adeòq; gloriam successit.
Eodem *Kalinoviorum* collimat sagitta
& cælestis splendorem reddit Arcitenentis.
LANCKORONSCIOS, POTOCCIOS
Recta prosapiæ metitur linea.
Sarmaticum Orbem cum *Oborsciis* possedit.
Immensum tibipanditur sanguinis æquor
Jllustrissime Domine.
Profundius Tuam sed ut in eamus Originem
Ad tumulos Parentum
prælucentibus Hymenæi tædis discendimus.
Auget Nobiles RZEWUSCIORUM fasces
ASCIA OSOLINSCIORUM.
Etiam Vobis
Per fasces numerantur Avì, quemcunq; requires
Hac de stirpe virum, certum est de Consule nasci,
cui in Gentili Ascia fasces Consulares adstruxit
memor posteritas
A MLECZKOVIIS famæ nutrimentum
atq; Heroicos cum lacte statim combibitis ausus.
Non minorem venabitur gloriam
CHODOROVIANUS CANIS.

qui

qui pro Syrio hostiles adurit terras.
WITFITCIORUM LUNÆ
Plenilunium famæ in Hemisphario SOLEÆ
RZEWUSCIORUM accendent.
At ODRZYWOLSCIORUM CORNUA
Quam pulchrum dabunt famæ classicum ?
FREDRONUM UNICORNIS
in sinu fortunæ quiescens
RZEWUSCIORUM felicitati invigilat.
JAZŁOWIECCIORUM Patrii ENSES victorio-
(sissimos
ZOŁKIEWSCIORUM CLAVÆ gleriosissimos
SOBIESCIORUM Coronatus JANINA dignis-
simos Commendant.
sed non refodio pios cineres,
Quib⁹ pulchraDomûsVestræ obtegitur claritudo.
Flectit literarios apices in venerationem calam⁹
Illustrissimæ ANNÆ POTOCKA.
Gratiarum Mater,
Plurimas ubiq; egeno orbi despensat gratias.
Laxantur in ora aræ *Chełmenses*
Declamaturæ munificentiam,
Quas liberali toties devinxit auro
Nudos Ecclesiæ parietes accuipicto investivit
(sypario
Ut è Cortina oracula redderet.
Adhuc tamen & illa Parens siderum
THEODORI & FRANCISCI
DOROTHEÆ & ELEONORÆ.
Non audet Latona cum suo Apolline & Cynthia

Deorum Genitrici *Rzewuſcia* ſe conferre.
Ignavas Niobe fundit lachrymas in marmore
quas invidia elicuit.
Ad ornantHymenales flammas tanta Tibi lumin:
JLLUSTRISSIME DOMINE.
Tot ſideribus portendebaris
Sol in meridie.
Sic itur ad aſtra, ôGenite & Geniture DEOS!

VIA HYMENÆI
Seu
Feſtivi Applauſus
JLLVSTRISSIMI NEOSPONSI.

Ite coronata deſideria
Quæ nobili ſerto Nuptialis revinxit pompa;
ſtetimus in portu
Metuendâ hactenûs per ſangninis æquor *jactati*
tempeſtate.
Sed jam pacificum hoc mare decumanos Tibi
componit fluctus
à quo ſponſalitio illud ſubarrhaſti ANNULO
Jlluſtriſſime Domine.
Equidem ſemitas maris quis noverit?
Tamen in Tuo Eryrhræo VIAM HIMENÆI
(obſervavimus,
An melius quæri poterat unio; connubiali inſe-
(rendus Annulo
Quam in æquore Sanguinis?
Feret in ſicco naufragium famæ
qui huc non enatavit

Nempe

Nempe obſcuratur omnis titulorum Majeſtas
Cui Patriæ non prælucent ceræ.
Frigent
ut aræ honoris, ita ſplendidæ arrhæ Hymenis
quas illæ non incenderunt.
Parum eſt ſerenum meridiem diei laudare
Si nubiloſo ortu prodiit
t arbor vix aliquot merebitur in Sylvis pretium,
licet in folia & ramos exuberet,
radicem, edax arroſerit vermis, unde non bene
(hæreat.
A capite membra, à fonte flumina
omnem derivant vigorem:
Ab innubi Jlluſtriſſimornm Majorum luce
dies accenditur Hæredibus.
Metire hinc quantis effulges luminibus
JLLUSTRISSIME DOMINE
Años & ætates Patriæ lucis majeſtas Tibi illuſtrabit
ſi alijs diem accendat.
Ferit mirantes oculos auctus tot domibus ſplendor;
pulchrius tamen ipſe Tibi oriris,
cujus ortũ mille clades hoſtiũ rubere docuerũt.
Scilicet nullibi ſine comite multorum luminum
Sereno inceſſiſti;
in lucem editus filius lucis
Novum ſolem tecum in ortu ferebas.
Gratioſus hic fulgor ſolis,
nubem frontis detexit, ne lachrymarum pluviã
ab oculis eliceret.
Quid enim ANNA pareret aliud, quam gratiã?
Luſtravit Tuos Aquilis victricibus ortus?

JLLUSTRISSIMUS PARENS
in hostiam nato Nomini, an lumini ?
hostium cædens agmina.
Unde extincto taliter Turcico Cometa
Magnus Orientis Terror portendebaris.
Habent hoc illustres animæ
Ut nunquam solitariæ cunis influant
Quas aut portenta, aut publica vota comitantur
An præveniunt ?
Illatebratæ Indoles etiam fatis non sentientibus
(exoriuntur
Magnæ spei filij non prius oriuntur
Quàm vastos orbis limites vocali impleant fama.
Sic ingentia nomina ominibus prædicit æther;
Arsit prius Hecubæ, fax belli Paris, quàm luxisset
Et Olympias Leonem gignere visa, genuit
ALEXANDRUM.
Hominum quidem hæc haruspicia, non siderum
(non Deorum.
Alio Tu portendi omine debueras.
JLLUSTRISSIME DOMINE.
Qui siderum Proles & Parens audies.
Quæsitus & ad Cleanthi Lampadem splendor
Noctes Atticas clarissimas Tibi reddidit.
Non minus enim luminis è Tripode fundit Apollo
quã belli faces, aut pyræ triumphales accendũt.
Quid dico?
Jllustraveras rudes Academi umbras
Non illustrabaris ab illis
Ubi pro sole

InLeopoliensisZodiaci Leone exemplo præluxisti.
Maxima lumina, ingerunt, ubi lucem non accipiunt
Minores stellæ non nisi aligeno fulgent.
Superbit illud clima tanto sydere,
Et cum æmulari non posset, stipendiarium se dedit
Latuerunt in suis fontibus eloquentiæ flumina
ne ab illo mentis æstu siccarentur;
Et Apollo obtulit laüream, victorem Te confessus.
Sed exerta Indoles
Patriæ iufodi globæ, non amat,
Nisì ad Gades, etsi quis ultimus orbis, evolet.
Jllustraturus Europam victoriis, lustras prius
oculis Regnorum Hospes.

JLLUSTRISSIME DOMINE

Quid?

Ergo festinâ rapieris hora
Trans Alemanni freta cana Rheni;
Te nec amplexus, neq; mæsta flectet
Lacryma vulgi;
Per procellosas maris inquieti
Ibis ærumnas? neq; Te ferocis
Nerei vultus, neq; fluxa terret
Thetyos ira;
Tantus externos amor in Penates
Ire compellit? licet & Paterna
Sufficit pulchros Tibì posterorum
Cura triumphos.
Natus incretis adamante venis
Creditur, priscos male qui Polônos
Egit extorrem per aperta Thulen
Visere damna.

Namq;

Namq; per longas quid emunt profusi
Æris impensas? nisi fortè bellum
Aut brevem luxum, vel in edomandos
Gentis amores:
Fumat Argivis populata flammis
Troja; cognato natat in cruore
Quid, precor causæ? Paris hospitales
Exul in oras.
Quos peregrini vitio Trionis
Combibit mores, ubi se Paterno
Limini reddet, similes juventus
Vult vaga mores.
More splendentis speculi, quod omnes
Quas prius cæpit, species remittit;
Nunc Dionæam, modò Capricorni
Icona fingit.
Patrijs nunquam resupina campis
Mota sit quercus, tamen ipsa magno
Sæpe cum fastu ferit explicatis
Sydera ramis.
At peregrinis Arabum, vel Indûm
Insitæ terris, riguoq; pingves
Amne, vix primo moriuntur ortæ è
Cortice plantæ.
Num minus dignâ Tua bellicosæ
Gloriæ lauro Domus evirescit?
Num minus Patres potes æmulari
Ense Polonos?
Et Tuis certè generosa Lechis
Dextera, & noster Polus æviternæ
Prodigus famæ; bene scimus âltam
Quærere laudem. Qu-

Quid per Auſtralem cupido ſenatum
Colliges mentis Studio? quod ipſum
Non domi poſſis melius Paterna
Diſcere laude ?
Barbaro non nos ſumus è Parente
Lechidæ nati, ſatis expolitæ
Gratià linguæ ſatis & Latino
Ore calemus .
Scimus armatos tolerare vultus
Sæpe victrici fodimus Gelonam
Enſe tellurem, fluit ex Polono
Vulnere ſangvis.
Num quis Elæo melius veredo
Inſidet Gallus ? melius vel haſtam
In latus flectit, pugiles ſciunt quàm
Flectere Lechi ?
Aureis, quod ſi, veterum triumphis
Vis coronatam ſaturare mentem,
Perge felici, precor, in remotas
Alite terras.

Exorere jam Quirinali cælo
JLLUSTRISSIME DOMINE
Orbis theatrum Roma adeunda,
ubi ſcenam optimi Herois exhibeas.

Jgnavæ mentis eſt Patrijs virtutem arctare liminibus
nobiliores plantæ firmius radices agunt
Alieno inſitæ ſolo.

Stagnantes in ſuis marginibus aquæ
aut combibunt uliginem, aut muſco & ignobilibus herbis increſcunt;
at diffuſi per orbē amnes gēmas & aurū pariunt.

Itaq;

Itaq;
Sarmaticus pullus Romanis Aquilis,
ad solem probari voluisti.
Sane orbis caput Roma,
Vt se Tibi detegeret magno Hospiti
Maiestatem Cæsarum infra Te posuit.
Illustrissimo Parente in Polonia victorias agente,
Capitolium triumphaturus pro Patre adijsti.
jmo tracturus ad invidiam Timothei urbes in nassa
Retia Petri quæris.
Sed calidum Italiæ clima
Longius duo sidera solis & Tui ferre non poterat
Tu quoq; grato Gallici lilij odore capiebaris;
Parisiorum delicias intueri voluisti
ut damnares non adamares.
Tunc Herculi Gallicano ademptum est miraculū
qui aureis catenis hominū animos trahere dictus
Pendebat ab ore Tuo Gallia,
cui magnam famem Tuæ facundiæ ingessisti.
Generosa enim indoles nunquā ita ex oculis abeunt
quin aliquod in pectoribus desiderium relinquant.
vix transferendum alio putaverim,
qui semel in corde civem professus est.
Tollat quamvis primam Apelles ideam
manet in tabula suis expressa coloribus.
Quousq; dulci Patriam privabis consortio,
JLLUSTISSIME DOMINE
Cum ferro res eget, & manu,
Tollendæ moræ; dum mori Patria constituit
Bukoviense nemus Tibi in laureas frondet;
Plantasti nobiles victrici dextera palmas

vel plantatas inde ſuſtuliſti,
Budziacenſes campi Heroicæ virtuti arrident?
in meſſem gloriæ Tibi maturescunt,
ubi prima belli ſemina jeciſti.
Ferrea hæc ſementis hoſtili terræ inferenda erat
Quam ſi auidiùs depaſcerēt Barbari
Expugnari ſe in visceribus ſuis agnoſcerent,
Sed qui pacis oleas vobis offerre debuerat
ne herbam quidem porrexit Tartarus.
exuſtis ultrice flāma grāinibus, quâ veniret exer-
Expiare volebant his ignibus terram, (citus
Quam toties impinguarunt ſanguine.
Deformes Barbari
omnia ſuum trahunt in colorem.
Quis diffidat poſtea? Tartarum ignes vomere?
Fatui tamen illi,
Scythiam incinerant, qui Poloniam voluere.
Seu potiùs
Sarmaticis referta Theſauris Barbaria
tota igneſcit,
ut raptas opes victoribus oſtendat.
Minimæ his terrebaris ignibus
JLLUSTRISSIME DOMINE.
qui Herculem quā leonem profiteri maluiſti.
Ipſa flamma ſævire in dominos juſſa
Tuas lambebat plantas.
Scilicet
Tartari in caſis
Mordaci agrorum fumo ſuffocabantur
Ita

Ita elementum quod inNos obarmavit Barbaries
in illam se deflexit, & afflixit.
Febricitans tamen in his caloribus Scythia
sitiebat Polonum sanguinem ;
Unde Nuradinum 60 millibus stipatum opponit
Illustrissimo Parenti Tuo & Tibi.
Quantum agmen inmillia 6Polonorum !
Exeruisti tuæ virtutis radios in illaBarbarorũ tẽpe-
ipse gravi in hostem detonans verbere (state
ILLUSTRISSIME DOMINE
sed hostis ut à calcè usq; ad verticẽ Te oppugnares
post accensos in terra ignes,
Sagittarũ turbine desuper immisso
caput impetebat.
Non submovisti humeros tantæ moli
Hostili cuspide in brachio cruentatus.
Præsensit Barbarus
quod humeris patrium succollares orbem
unde audaci jaculo ferit lacertum,
quasi uno vulnere peremptūrus Patriam.
Palam erunt cælo tua vulnera
quorum exstans in armo Sagitta indicem agit.
Non audebat barbara cuspis Te à fronte adire
tacitè à tergo brachium involavit.
Ex ordine tamen cæli factum est
Nam accendendũ in solem caput
hunc radium meruit.
Induxeras cordi Seraphicum Patriæ amorem
quo per brachium,debita amori sagitta, evadere-
Ita sagittat⁹Apollo jus laurearũ accepisti. (nititur.
Ergo impune cessit Scythiæ, tanta licẽtia ferri?
Mini-

Minimè.
14 Murdzæ capti
iverunt ſub calcaneum Illuſtriſſimo Parenti
qui caput Tuum ambierant.
Erepta totidem ſigna,
ut inglorium ſine Iubis agmen
jugo collum ſubmitteret.
Sed necdum ſatis vindictæ;
Heroici ſanguinis effuſio toto debuit refundi Iſtro,
ſed quem ſcythicus decoloraſſet cruor.
500 capitibus barbarorum Vulneri Tuo litatũ eſt
Regali purpura obligatur cicatrix.
ubi SERENISSIMVS PRINCEPS.
Chełmenſem Tibi indulget Præfecturam.
ILLVSTRISSIME DOMINE
Patriæ murus Aheneus
Gubernatorio Caſtro admoveris,
ut firmius Iuſtitiæ propugnaculum reddas.
Nõ ſolus jãZelislaus aureã a Boleſlao feret dexterã,
Auro & Tuus Sanguis refunditur a *Joanne*
Nempe fontem unde manavit victoria
Coronavit Majeſtas.
Piget ex apertis vulneribus prodire Sangvinem,
Ideoq; ſæpe
intra venas ſe cohibet, licet hiet cicatrix,
Cum non ſperat aurea Principum colligi manu
Acceſſit non humile Martis Authoramentum
In legione Illuſtriſſimi Caſtellani Vilnenſis
Ducis Exercitus M. D. L.
Obſequentiſſimũ reperit SŁUSZKA Staniſlaum,
Quoties patriã Lunã Turcarum Lunæ oppoſuit

Resplenduit illa etiam per umbras cæsorũ hostiũ
Cûi RZEWUSCIÆ Cruces ũbratiles arcebant
Testis est Dacia Valachia Podolia (nubes
In defensa Łopusza,
Expugnato Niemeccio, vindicato Cameneco.
Ergo a castris in Curiã descende
ILLUSTRISSIME DOMINE
Consilij ope Succurrẽdũ Patriæ, cũ belli opus vacat
Nõ ipsa Martis arẽa palmarũ ferax & laureatũ,
In Equestri circo efflorescunt non infæcundæ
Deponit in humeros Tuos Chełmense cælum,
Cũ oratorẽ in comitio Regni deligit Nobilitas.
Forsã ut bulliẽtẽ adhuc inhũero sanguinẽ cõprĩat
Cum Majori sensu tantam feres molem
Dolore vulneris, toties admonitus ponderis.
Et cui hæc Sparta, quam Spartanæ patientiæ Heroi
Rapuisti in Te oculos Majestatis, (obtingeret?
ut illos ad commoda Terræ Tuæ averteres.
Allicuit eadexteritas plures Curias
Quare ut verus in sole Civis viveres,
Aureus Podoliæ Sol Domi Tuæ exoritur
Data in Podoliam commissione.
Adhuc nè parum luminis Nuptiales hinc derivant
Eia Heros Invictissime (tædæ?
Patieris Martiales laureas maritali mirtho cõmutari
ferro vivant Struthij
Hominibus aliqua voluptatis illecebra delinict
Vidimus cum Cytherea Martem. (animos
Agamemnonis triumphos, Pentesilea illustrat
Quidni & DOROTHEA STANISLAI?

MAIESTAS
CLAVARVM
CONFOEDERATA
Deo cõſangvineis, Orbi Salutaribus
Patriæ dilectis
CRUCIBUS
ILLVSTRISSIMI & EXCELLENTISSIMI
DOMINI
D. STANISLAI
In POTOK
POTOCKI
Excubiarum M. D. L. Generaliſſimi Præfecti,
Rubieſzowienſis, Opalen: &c. Capitanei, Illmi.
Palatini Cracov: Ducis, Exercituum
Regni, Glorioſſimi Filij.
&
ILLVSTRISSIMÆ ac EXCELLENTISSIMÆ
DOMINÆ
D. MARIANNÆ
In Rozdoł & Rejowiec
RZEWUSKA
Illmi: Palat: Podlachiæ, Exerc: Regni Capiducis.
FILIÆ
Æternitati Signata,
A Swierſciano Mercurio Collegij Chełmenſis Scholarum Piarum
In Himenales triumphos
DEDUCTA
Anno Confederatæ cum Carne Maieſtatis, Domini
Exercituum M. DCCXII. die Aprilis
Authore P. DAMASCENO à Matre DEI Sch: Pi

VARSAVIÆ Typis S. R. M. Collegij Schola: Pia

In
Illustrissima POTOCCIORVM
A R M A

Tergeminos fasces, satis est habuisse Quirino;
  In CRUCE stat Terna, ter decumanus honor.
Sive Gradus celsos, ad maxima Culmina, dicas,
  Hâc Augusta, Lechis itur ad ostra viâ.
Seû belli scalam; validas hâc itur ad arces;
  Portendit ducibus certa trophæa suis.
Sive Poli tractum, quod seriùs esse volemus;
  Aurea per Vestras itur ad astra CRUCES.

ILLV

JLLVSTRISSIMI NEOSPONSI

QUæ fama Regum, quæ popularibus,
Exempta curis Purpura Principum?
Vestris remisit fœderari
Luminibus, jubariq; magno?
Qui non in alti vincula Sangvinis
Aspirat Ordo? quis titulus Sacer ?
Aut quæ curulis mancipari
Officio meliore vobis ?
Quæ fulgidorum munera fascium
Servire nolint? estne, RZEWVSCIVS
Quem præteriret, & Tuorum
Grandis honor, NEO-SPONSE, Patrum?
Accensa magno sidere Nomina,
Solem, vel ultra, quid radiosius
Si jactet Orbis, ex aprico
Mentis, agunt, proavûmq; Cælo :
Nec plus serenæ lucis inæstuat,
Cum Thrax Boötes tinxerit aureos
Currus in Amphitrite vasta,
Quàm pelago generosioris
Educta præbet gloria Sanguinis.
Qualemq; nunquam purpureâ face
Aurora subministrat Ortum,
Patritijs sua fama Ceris,
Confœderato murice sufficit.
Est, est avitis lux proba fascibus;
Nec sic planetarum coruscat,
Ut Procerum Numerosa virtus
Quid debet istis luminibus Polus ?
Quæ terra gignit; quàm bonus est dies,

Quem lux Avorum, quem Gradivi
Flamma parit, momerœsq; palmæ?
POTOCCIANI gloria Nominis
Hoc ardet æstu; sic rutilat Domus
Quam clara Majorum propago
Perpetuis animavit astris.
Sic Martiali fulgida pulvere
Frons Laurearum sustinet Ilion,
Et docta mens, RZEWVSCIORUM
In Patrijs nitet alta curis.
Sed Celsus instat connubialibus,
Hymen triumphis; cedite tristia,
Portenta bellorum; recincto
Ad cytharam sedet ense, Mavors.
Æternet, ergo, tot Proavum jubar,
Seris vetustæ Gentis adoreis,
Dilectus æther; stent in ævum
Per trabeas, titulosq; grandes,
Per castra crebro murice splendidi
Vtrinq; Patres; dulcibus affluat
In vota Nuptorum procellis,
Mite animis, thalamisq; cælum.

Ad votum
Illustrissimis Dominationibus Vestris

Devinctissimi Collegij Chelmensis, Scholarũ Piarum.

PA

PANEGYRICUS

COnfæderatam triumphaliam Clavarū Majeſtatem, profumoſis tædarū ſplendoribus; incendiaria Martialis gloriæ lumina, pro languentibus Hymenæi facibus; igneum flagrantis Bellonæ Veſuvium, pro molli Erycinæ flammeo; curriculum bellicis, & Olympicis pulveribus calentem, non eſſedum, olorino pulvinari tepens; Aciē laurearū meſſe, hoſtiūq; exuvijs refertā, Phlegræorū exercituū ordinibus, & manipulis inundatā, occupatā bellicis Heroū ſudoribus, pro deſcripta Hymenali circino ambage, in ſaltū Heroicis paſſibus emetiendū, Vobis deferimus Illuſtriſſimi Neoſponſi, quæ in Martiales catapultas, integrā Nemèén, volucrium ſagittarum officio, jugoſam Meróen, enſibus Lyparen, Clypeis Græciam, in ſerta victricia, ſilveſcentem Cynthum, in aurea Munera, Jllyrium, latepatenti complectatur orbe, neceſſum, ut non infra dignitatem Celſiſſimi POTOCCIORVM, RZEWVSCIORVM q; Ducum Gradivi, ingenitæ eorum fortitudini, æqualia arma; animo vaſtis imperijs non capiendo, pares victorias; aduſtis bellorum incendio frōtibus, juſtam temperiem; exantlatæ virtuti, non

inferi-

inferiùs pretium; Connubiali gloriæ, vectigal deponat luminosum. Vulgaris hæc est Hymenæi lætitia, ad numerum, & svave argutæ chelys jurgium, civiles Laconico pedemate relaxare animos; Innutrita Aboriginum Magnitudini, Procerum corpora, nisi bellicâ testudine, aut acri tubarum celeusmate, moveri in tripudium decet, qui non tam dedolata marmora, vel lævigatam Onychem, quàm dolosam hostium arenam, & læves cum lacertis clypeos, calcare se existimant. Exiguum Martialibus flãmis accedit lumen, & rarò sine atra fuligine ignaviæ, quæ, aliundè, nisi à tædis ejusmodi, lucere nequeũt. Triumphales, aut quicunq; sint, castrorum ignes, ut intaminatum detegunt nubentium candorem, ita obruunt minores connubiorum faces; quæ tamen in contubernium Martialis splendoris admissæ, grande pariunt lucis auctoramentum. In Hæmo Mavors, hoc est, in bellorum Asylo, sororem sibi desponsat Bellonam; Æneæ, in castris Lavinia nubit; Achilles, Græciæ cum Asia strepentibus armis, formosam Briseidem vindicat, ut inde colligere liceat, bellatrices arenas, non verbenis, tantùm, & palmis, sed myrtis quoq;, & Cyprio Pæsto patere; atq; Heroicorum animorum nexus, concatenatis armorum meliùs unionibus, quàm sponsalibus fæderari gemmis.

Hostiles, inter, virtus Mavortia saltus,
Bellaci, socios, protegit ense, toros.

Jta, dũ Vos ILLVSTRISSIMI NOEOSPONSI inter cõnubilia adorimur fædera, cruentum

um Belleonæ choragiũ institui credimus, in quo, non tam Augusta paria, quàm in angustias impares animi compulsos hostium exercitus, hinc, inde, â signis profugere, insolenti exitio, demessis capitibus, ad obicem invictæ magnitudinis impingere, barbarâ vertigine, non infra triumphale tantùm vestigium, sed & infra omnem ruinā deijci aspicimus. Nimirum Sarmatici Martis bella, & bellax filia, ILLVSTRISSIMI PALATINI, Palatina Gloria; EXERCITVVM Campiductoris, Mascula Amazon; STANISLAI MATTHÆI, Divinũ pignus, Magni RZEWUSCIj ingens Fama, Gratiosi Parentis, una Charitum MARIANNA; & ex Avis, Proavisq; Exercituum Ducibus, ad bellatrices educatus Clavas, ILLVSTRISSIMVS POTOCCIVS Hæres; victricium Aquilarum stipatus excubijs, ad belli fretum, STANISLAVS, Excubiarum M. D. L. Generalissimus Præfectus, fulmen hostium, Patriæ propugnaculum; Antigono, eô potior, quo plures quàm, mille Macedones, in se uno exhibens, non aliter in Nuptiali propylæo feriari debuerũt. Auctus præterea Erythræo barbarici cruoris bellacissimus SZRZENIAWA, gestienti fluctu, scuta virorum, gladios, & cassides; hastilia, & Scythiæ jubas, imò integras classes & armamentaria Martis, ad aram usq; Hymenæi, suo, ex Celsissima Genitrice Christina Principe Lubomirscia, Successori, devehit in exuvias; Bellator Kuniecciorum Monoceros, qui, teste Plinio: nescit, nisi victor abire, armat in prælia cornu, victrici un-

gula, hoſtilem propulſat humum, aut certum ominoſo hinnitu, proſperiùs quàm ſuo equus Dario, portendens Clavarum imperium, aut ferreas Echionis alicujus, è Campo Martio, provocans legiones, quæ, florenti in Illuſtriſſima LVDOVICA Kuniccia Matre, Sarmatica Junone, Chariti, ad nutus Pompæ Nuptialis excubare poſſint. Tanto ſanguine, tot trophæis, tam grandi armorum apparatu, Veſtra Illuſtriſſimi Neoſponſi fæderatur Majeſtas, dicã, toto etiã cœlo. Ejuſdem Stemmatis, cum DEO Homine eſtis.

Domeſtica hic benedictionum plenitudo,
expectat vota Hæredum, non ſequitur,
in conſanguineis, utriusq; Domùs Crucìbus.
Quid felitius?
alere ſpem Domi, non, quærere;
Jnquilina gaudere felicitate, non hoſpite
Conveſci Nũinibus, non fameſcere præſentiã Nũinũ.
In uno Crucis Signo, Conſtantinus Victor;
In tot POTOCCIJS, RZEWUSCIJSq; Crucib⁹
Quot erunt triumphi?
Cumulatis ſideribus, ſereniùs cælum.
Auctis facibus, auctius lumen.
Quàm ſplendidè ſemper,
Ut Filij Hominis in cœlo, ſignum,
Ita hæc Procerum ſigna in Orbe ſarmatico
apparebunt!
Cœlo inſeruntur luminoſæ mentes,
quæ cœli indolem circumferunt.
Jnfans Jupiter, Aſtris, in Creta educabatur.
Trophæa Civibus, ſupplicia hoſtibns
Famam Patriæ, infamiam Barbariei,

Tot CRVCES ominantur

Eadem herba sœpe medetur, & intoxicat.

Rosa nectar apibus, venenum Scarabæis

alit.

Eadem faces busta, & triumphales ignes accendũt.

Mysæum,

Quæ læsit, sanat Pelias hasta, Ducem

Dulce Crucis lignum, nec in auro dulcorem ãisit

Unde,

ut aureos, ita & ambrosios

Jllustrissimis KRZYWDÆ, & PILAVÆ,

debemus Heroes.

Vltro tamen

Dulces animas suæ ptopinant Reipublicæ,

non venales exponunt.

Mellea regnorum sæcula

mellei condiunt Nestores

Civilium morum suavitas

Vt Solijs, ita foro publico

sitim Tantaleam excitat.

Sepeliendo in Oceani, an cladũ? tumulo, Ortui,

ad triumphalem armorum conductum

Tubis Martialibus, pro ære Campano clangentib⁹

Fumo Castrensi, pro thure Sabæo

Nubes ferales non thimiamata, efflante,

Quoties POTOCCIAS,

RZEWUSCIASq; CRUCES

Vidimus præferri;

Contra inimicos CRVCIS, inimicæ armantur Cruces.
sibi ipsi sepulchro est omnis gloria,
Quæ Numinis gloriam sepelit
Scimus, &, in capulis, belligerare Cruces.
Ad ejusmodi Asteriscos,
Grave semper respirium sub cladibus,
Oriens expertus est
Bellorũ tempestates, & gravida sanguine Nubila,
Tonantem Hammonium Jovem
& Pluviam Scytharum Phæben
Quoties benedictæ Cruces dissiparunt?
Jgnei Heroes, armorum siccant procellas
Hœmoniœ nives Martialibus animis,
Jn gloriœ incendium accenduntur.
Plumbea globorum grando, aut sagittarũ imbres,
Quidni virtute Crucis fugarentur!
Imo,
Solo sui aspectu, lachrymas hostibus,
Cineres Castris,
Contritionem Urbibus, pœnitentiam Copijs,
Facilè persuadent.
Hic, & Macedo plorasset, & Hercules stetisset,
Jlle Oceanum, hic Gades
uterq; palmarum limitem
habituri.
Aut?
Depositis Capitibus, non non galeis tantùm
Obvias sibi, sed invias fortitudini,
adorassent CRUCES

Ardu

Arduum est ad victorias iter,
Quod Cruce graviores occuparunt Duces.
Prosperiùs Laconica Virtus certasset
si angustias Jsthmi,
Jactis Crucib⁹ Vestris, pro pilis, & sepib⁹ munivsi-
Electos ad cœli Sarmatici Purpuram (set.
Omnes hìc Proceres credideris
ut potè omnes
velut prima Regipublicæ Capita, signatos.
Quid si calcaria dixerim?
Quæ animosũ RZEWVSCIORVM vestigium
ut ad prælia, sic ad imperia excitant
Martialib⁹ Soleis, Barbarorũ Solia calcare innatũ
Lubricæ hostium mentes (*est.*
Cespitare non poterunt, semel abjectæ,
Quas profunda Soleis affixit veneratio,
Inconstans hostiũ fides, constantiâ Heroicæ vrtutis at-
Portã, an Arcũ triũphalẽ? in Solea, (*tinetur.*
Trophæa in Crucibus, præferentibus Ceris,
Quid non victoriosum?
Jllustres quibusdam Ceræ
Non cereos, id est in utrumq; flexiles,
sed Adamantinos, id est perennaturos,
Adstruunt triumphos.
Sunt, quibus æternos Mars vectigalis Honores,
Mancipat, innatâ prosperitate Domûs
In hoc hæmisphærio optimè Patria apricantur si-
ut scias, affine Nomen Soleæ, *Soli.* (dera
Quantum verò tantæ gloriæ accessit robur?
Iam à squammeo LVBOMIRSCI-
ORVM Neptuno,

Iam

Iá ab invicto Kunicciorum Monocerote?
utrumq;
ILLVSTRISSIMIS NEOSPONSIS
Cum primo lacte propinatum est.
Virtus Aboriginum, ut sanguis
Augusta, in Augustos transfunditur Nepotes.
Optimates, non nisi optimos procreant Haredes.
Rarò mali, bonis agnascuntur.
Nescio, quis Xerxes, huic Neptuno cõpedes inijce-
Nescio quis Hercules, (ret
Pro Alpheo, Kuniccium detruncaret Unicornem?
Multi, quibus impar quævis Virtus fuerat,
aliquando Majori succubuerunt.
Xerxis victorias, Leonidæ fortitudo;
Annibalis audaciam, Scipionis animus stitit.
Quot POTOCCIOS, aut LVBOMIRIOS
Heròés
Tot æstima Achilles;
Animosa Thetis semper Asiæ metus parit.
Quot RZEWVSCIOS, KVNICCIOSq́;,
Tot metuendos Jlio Menelaos crede;
ut Trojanus Equus, Græciæ, ita Kunicci⁹ Sarma-
In grandes se eviscerat Duces. (tiæ,
Patriæ emolumento Generosæ pariunt Lacenæ
Vteri acies, ut Bellonæ arena
Heroum feracissima;
Jmò, inde, in Campum Martium palmari saltu pro-
Sensit armatus Septemtrio (*ficiunt.*
In Celsissimo Srzeniawa, Ægea pericula,
Qui liberam sibi in eo unionum piscaturam,
Omi

Ominabatur, non attigit.
Chalybe indutus, pro squamma, Balticus Cancer,
Dũ non libertatis tãtùm cõã, sed & Equi Kuniccij
Armatis attondere chelis nititur, (jubã,
ad igneam virtutem erubuit.
Perniciosa hostiũ fiducia, in sudoribus Procerum nau-
Spes fastuosa, cũ alta persequuntur, (fragatur
Obicem in terris reperêre, ad quem impingant

Longius â placido Hymenæi consorcio, Majestas confœderatarum Gentium nos amovit Illustrissimi Neosponsi. Proprium id est excellentis gloriæ, maxima quæq; sui admiratione ingenia attinere; quæ dũ immensam, venerabundâ contemplatione intrant rectè gestorum congeriem, æqualibus astrorum luci, splendoribus abstracta, pænè extra se evehuntur, & hærent. Quid si ingentes vetustissimorum Aboriginum exercitus aciem explicauerint., quo fatigio oculi, non mentis solùm, delibarentur? imò jã paginas obsident, literarum ordines extendunt, bellicum arietem frontibus eruditis admovent, tubarum clangore eloquentiam acuunt, spoliorum, laurearumq; cumulis obruunt conceptus, prælijs angustant prælũ, ut eo dignius trabeato VETRO contribuant Hymeni-Orientis exuvias, cicuratam Moldavorum ferociam, Dacicas laurus, mancipatam toties Mæothidem, venatricem pro ferarum gregibus Roxolani Civis Tauricam Dianen, vindicatum Occidentis imperiũ, donatos libertate Pannones, Austriã suæ securitati assertam, ad Patria metalla damnatos Leones, infascinantes fortunam Lechi Fin-

nos, sterilis famæ ad Balthicam arenam Pomeranos, vel repressos, vel iuvestigatos; tot Reges, Principesq; vel defensos, vel profligatos; tot Gentes, Civesq; vel eversos, vel servatos; tot Heròés Ducesq; vel auctos vel exauctoratos hinc bellatrices POTOCCIORVM Aquilæ, inde victrices RZEWVSCIORVM Clavæ, in unam connubialium Sacrorum cogunt lauream, ut Nuptialibus sertis, triumphales associent Coronas. Nimirũ, in decumano tot Sanguinum æquore, non imbelles aliquæ nidificant alcyones, quæ armatos, enervi malaciâ, demulceant fluctus, sed bellicosi Struthionum animi, qui, & ipsi chalybe & pennis minacibus galearum ferociam augent. Quâcunq; purpuratus hic Oceanus æstuat spũâ, non conchis, sed clypeis excipitur, Bellonam, non Venerem ablactat. Quid ni verò laurearum vobis exuberent acies, quas hinc exantlátorum Ducum sudor, inde pingues barbarici cruoris torrentes, humectant in adoreas. Imbelles emasculati alicujus Erycis, aut Cytheræ umbellas, ignava Iunonis stragula, eluxatã Sybarytiden, confederatæ aspernantur Cruces, duriorem cespitem amant. Ferreum in solea vestigium, asperum chalybe calcare tramitem non molles Persei rosas, edidicit. In Hæmo stabulari, trux Cornu, frontisq; feræ Monoceros, non in Dionæis antris assvevit. Martia ille victima est non Cassandræ cujusspiam manu, sed bellacis Amphyarai gladio Patriæ saluti immolandus. Sub puro Jove, non sub Cyprio laqueari ad belli fulmina exercetur. Dotalitia hæc RZE-

WV-

WVSCIORRM, KVNICCIORVMq; ſidera, Tuorum Aboriginum hæreditariæ infers magnitudini Illuſtriſſime Neoſponſe. Generoſis Nepotibus, hæres eſt avorum fortitudo. Non ſangvinis neceſſitudinem magis quàm inſignis animi, ætates ætatibus porrigunt; & nullum conſtantiùs deſideriũ eſt optimo potiendi ſucceſſore, quã quoties bonum eſſe non ſufficit, ut ad Majeſtatẽ avitæ rectitudinis extollaris. Multa faſtigia ſunt, quæ ſibi altius ſurrexiſſe non optant nec ejs optaſſe expedijt, quàm ſurrexerunt; Athlanti, aut Olympo non ſatis exceſſiſſe culmina, niſi ſideribus, & ſuperis commiſceantur. In hoc, verò ſũmæ magnitudinis poteſtas deficere videtur, quod & attolli, & aſſurgere poſſit, nullo tamen annorum declivio inclinari, aut minor, quam fuerit, eſſe queat. Quicunq; Fabius naſcatur, Maximus naſcitur, in cunis jam grandi Nomine oppreſſus. In ſurculo adhuc Dodonæa quercus, Ammoniũ Jovem ſpirat; nec minus prodigium eſt è Maximis Magnum deſcendere, quam Æſculum in tenues degenerare Myricas.

Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt in juvencis, eſt in equis Patrum
Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam

Inducturi hic eramus, commiſtos Divis Tutelaribus, Auguſtos Majores Veſtros Illuſtriſſimi Neoſponſi, tot Palatinis, Caſtellanisq; , Curulibus ſublimes, Ducum Sago inſignes, Regni Miniſterijs excellentes, heroicâ virtute non imitabiles,

biles, ſemper honorum faſtigijs affixos, & incubantes; cum ipſisq;, ſumma, Poloniæ, Lithvaniæ, fœdera, affinem cum Imperio Cæſarum Majeſtatem, niſi Veſtra prius Hymenalia ſerenioris lætitiæ lumina, in auge venerari expediat. Quamvis ne tot purpuratorum ſiderum ſplendoribus aduſti graventur calami, ſiccentur, repentes per Minervalem glaream ſepiæ, diſtincta vobis ſerie & panegyri deſudabimus. Liceat interim aliquantùm nuptiali applauſu ſeveriùs laxare ſuperciliũ, Togâ, ſagoq; gravem, hilari pompâ attinere Majeſtatẽ, liceat claſſicis, tripudia; bellis bellaria; lituis; tibias; curis publicis, Curiales inteſerere Muſas.

Lectas ex Aſia, Thraceq; laureas,
Proſertis Eryces, frondeq; Myrtea
Iunctorum Procerum billipotentibus
Muſæ frontibus offerant.
Sed cur bella, Sacris connubialibus,
Miſcentur rubeo triſtia ſidere?
Cur Mars Hæmonijs collibus abſtinens,
Permutat trabeæ, Sagum?
Stat victrix acies, ſanguine barbaro,
Helleſpontiacis fulgida cladibus!
Stat ceſpes Danaos, ferre capax Duces
Ipſi par par Agamemnoni.
Cùm molles cytharæ, cùm fidicen Deus,
Svavi debuerat ludere jurgio,
Et ſe Patritijs, Pierides chori,
Permiſcere choragijs.
Ceſſit mollis honor, ſcenaq; luxuum,
Armorum rigidis pulſa nitoribus,

Ceſſit

Cessit lætitiis, Martia publicas
Dum res gloria promovet.
Perstringunt hilares bellica, principum
Aures, terrifico cornua murmure,
Nudorum cohibet Virgineos minax
Vultus horror Acinacum.
Desudare novo robore militum
Ingentes, video, Sarmatiæ Duces
Celsas emerito pulvere cassides
Inferri superûm thronis.
Terrarum Dominus regnaq;, cástraq;
Percellit gladius, fama POTOCCIÆ
Gentis terret Athon, terret Otrym minax
Martis Clava RZEWUSCIJ.
Regni fæderibus nobilis, utraq;
Bis augusta Doms, seu placidas Nurus
Ex voto, thalamis Principibus dedit,
Seû sumpsit sibi conjuges.
Quæ non Bisthonijs terra cruoribus
Pingvis, laurigeras fertilior parit
Messes tot Ducibus; qvis Duciæ latex?
Aut saltus Scythiæ vacat?
Sed ne prorsus, amans pacis Hymen, fera
Inter militiæ signa ferociat,
Dum plectrum melius gaudia postulant,
Celsas tangere sat Domus.
Quamvis Hectoream profuit indolem
Sic laxare jocis, ut memor ardui
Sit semper generis, ruga severior,
Quævis otia temperet
Pelides validâ Threiciam chelym

Cùm pulſare manu vellet, in aſpero
Chironis Getici nixus erat toro,
Haſtam ſuppoſuit lyræ.
Innutrita ſuis pectora laureis
Ægrè dulce melos ſiſtra Laconica,
Imbelleſq; jocos, mollia Cypridis
Aulæ munera ſuſtinent.
Aût ſi contigerit plauſibus inſeri,
Multâ belligeræ laude ferociæ.
Conſtans in medijs cantibus oris eſt,
Et mentis Dominæ rigor.

Avocat hinc ingenia, & omne Oratorum ſtudium; exporrecta in Patrium, & exoticum Orbem Antenatorum Tuorum Majeſtas ILLUSTRISSIME NEOSPONSE. ImperiumSarmatiæ, imò quotquot ſunt in Europeâ vaſtitate gentes, & dominia, Urbes cum civibus, Regna cum Proceribus, pro teſtimonio operoſiſſimæ illorum Virtutis, ad Aulam, & Tribunal Tuum adducimus, ut in encomio tantæMajeſtatis cauſam apud Te Judicem ſub Tuo patrocinio evincamus. Intrat nobiſcum nuptialem Curiam defenſa conſtanti POTOCCIORUM ſtudio Regia, ſervata conſiliis Patria, inclinata ſententiarum pondere Ruſſia, attonita facundiæ ſvavitate Italia, morū maturitate circumſcripta Germania ſtatuum experientiam, ſupra ſe, admirata Gallia, frugi Heróés venerata Hollandia, gravitate ſupercilii evicta Hiſpania, bellatricibus aquilis emenſa Aſia, triumphis referta Valachia, Moldavia, Græcia, Pannonia, metu concuſſa Scythia, Arabia,
Perſia

Persia, quæ illi imperia vel trabeati hospites lustrarunt, vel optimi Proceres involuerunt, vel imperfracti Victores Reipublicæ asseruerunt, vel fulminei Domitores incoluerunt. Excedit suo alveo Rhenus, assurgit extra Laurentia littora Tyrrhena Nereis, obsessas arcibus ripas deserit Sequana, aurum suum negligit Tagus, merces Batava Amphytrite aspernatur, & uniones, Danubius oneratoBarbarorum exuviis accelerat gurgite, ut insignem svadæ POTOCCIANÆ malatiam, sensuum profunditatem, liquidæ mentis teneritudinem, pectoris candorem, aurea dogmata, eruditionis pretium, animi scopularem fortitudinem, Martialium spirituum vehementiã testantes, Oceano Tuæ influant magnanimitates. Difficile hoc sanè & humanæ, extra conceptum, imbecillitatis crederetur, æquora, torrentes, flumina, in Vestras contribuere laudes, si non naturalis, thaumaturga hæc Virtus POTOCCIISforet, quæ vel Thracem Caucasum, in sui adorationem emovere, ac de Thracia evocare posset. Augustis Nominibus, res quandoqué etiam sine sensu, ad gloriam suffragantur. Sudavit, ad præsentiam Pellei Principis, simulacrum; Stiliconi æther, & conjurati veniunt ad prælia venti; Julio Cæsari, jussum detumuit Pelagus; bellaci Cadmo militaribus manipulis steriles Thebarum eviruerunt sulci: sileant jam molles Hymenæi concentus! vocales fidium animas, ad fiduciam minacis Bellonæ exanimari necesse est. Intrant post tot alia documenta, Re-

gnorumq; teſtimonia intrant non tam paginam, quàm arenam, Theatrum orbis exercituum, non pacatius Gynæceum, intrant Domitores Aſiæ, fulmina Orientis, flagella *S*cythiæ, expugnatores Daciæ, pacificatores Sarmatiæ, remotis imperiis metus, adjacentibus tonitrua, Patriæ felicitatis ancilla Jlluſtriſſimi Optimates POTOCCII, Duces plerumq; Exercituum, aut Regimẽtarii, prima belli capita, antemuralia Sarmatiæ. Primus ſit ZYRO*S*LAUS Ducum palmes, & radix Boleſlai Criſpi, rectitudinis eximiæ Heros, Ter S. Cruci rebellem Pruſſiam, ter ſubegit, ternâ Cruce donatus, in laborum martialium ſolamen, & arma, & nomen expugnatæ urbis accepit. Unde quod Druſus Germanicus, Scipio Africanus, Marius Cimbricus, â debellata Germania, Africa, Cimbria Romanis, hoc à Pilavienſibus trophæis ZYROSLAUS Pilava Poloniæ. Grandis Avorum Ilias vix Homerico calamo attingenda hinc emanavit, quam ſolo antiquitatis cultu proſequimur. In maximis, unde incipias nihil intereſt, quemcunq; enim recenſueris, maximum recenſuiſti. A JOANNE tamen POTOCKI ZYROSLAI ſanguinem excitabo, id eſt ab eo, quo major non ſurrexit. CAROLUM Hungariæ Regem, armis Rebellibus eripuit. Sciat orbis, POTOCCIOS, exterarum etiam Majeſtatum eſſe Tutelares, Regnorumq; Angelos. Alter JOANNES Palatinus Podoliæ, Dux Exercituum Regni; avitas laureas ita ſudoribus ſuis, & Valachorum ſanguine rigavit,

gavit, ut cædendis clavis & honorariis fascibus sylvescerent. NICOLAUS Procancellarius Regni, Sarmaticæ Aquilæ nidum, aureus Heros, aureum contexuit, exuviis hostilibus instravit. Ut verò aureæ mentis Optimas in Curiis, ita ferreæ manus in castris ex utroque Patriæ prodesse nitebatur. JACOBUS Plocensis Antistes, Avitis ensibus & clavis, Pastorale pedum, galeis, Infulas adjunxit. Fecit, inquam. POTOCCIORUM Patritius, ut in Aula POTOCCIA Patriam sibi *DEUS* fixerit, cùm dotibus Sanctis non Divinam solùm dignitatem, sed ipsumCælum ad se traxit. CHRISTOPHORUS quantum Nomen! ad RUDOLPHUM Imperatorem Orator ex Sarmatia, grandis portitor Patriæ Majestatis. BERNARDUS adVisnoviciam Tartarorum domitor; per Tauricam investigator, ubiq; fulmen. Avidissimi mellei Herois Scythiæ fuci, magno sæpè POTOCCIUM infestarunt examine, majori jacturâ, fumo bellico propulsi, avolarunt. Elicit sibi virtus Heroica hostem, cujus elidat cervices, provocat in aciē, ut suffocet. NICOLAUS Generalis Podoliæ, Sigismundi Augusti Trajanus, aurei Nominis Heros, militare ferrum deperiit, ne aurea Sarmatiæ Libertas periret. Totus in castris, privatis commodis dividi non patiebatur; famenti & fidem suam prostituenti Scythiæ plumbeos globos, non auream offam objecit, ut pote NICOLAUS semper lupis rapacibus formidandus. Istrum ille nunquam, nisi victor bibit. Invicta Heroum pectora, tutius Regnis propugnacu-

lum, quàm arces & mænia præstant. Murus aheneus est, obdurata in pericula indoles. JOANNES Palatinus Bracłaviensis Patriis honoribus & fortitudini successit. Audiebatur vox JOANNIS in desertis Valachiæ, toties pœnitentiam fœdifrago populo prædicans, quoties classicum cani jussit. Ad Naupactum Achaici sinûs Bistoniam temeritatem naufragari cōpulit, MICHAELEM Ducem Multaniæ, alis castrensibus exuit, gladio exarmavit. Nalevaykum Cosacorum Primicerum, fundere Patritium sanguinem dedocuit. Donec insigni Moschorum præmissâ strage, ipsè ad Smolenscum trumphale caput deposuit in quo Sarmatici fundaretur Majestas Imperii. Gloriosi Heròés ipsos etiam manes officio Reipubl: accommodant, cui vitam impenderunt. ANDREAS Castellanus Camenecensis. Regiarum amor, summa Crux hostium. Bassarabes ad Craloviam cum armato Turcarum oriente, ad occasum exitij inclinavit. Siemianum Moldaviæ Palatinum, cum Zamoyscio ExercitusDuce, ut imperio, ita amoribus Civium asseruit. In tutelam Regiæ Majestatis, se ipsum pro telo, in confœderatos adversùs Principem Equites, ex æquo projecit. Optimum in pericula munimē fides servata Principibus. JACOBUS Palatin⁹ Braclav: Tonitru belli, ignem ê cœlo Sarmatico in Valachiam, Moldaviam, Tartariam, non evocavit tantùm, sed intulit. Spartanam fortitudinem, Latinam fidem, amplexus est. Græcis ritibus, Vaticanam Majestatem præposuit.

Gemma

Gemma eſt coronis regalibus inſerenda, intaminata Procerum religio. STEPHANUS Palat: Braclav: Corona gentis ſuæ, armorum nervus, auro domeſtico ferrum exterorum hoſtium attrivit. Caucaſo, & Hæmo toties lapidatus, retorſit jacula in hoſtem, ipſe chalybeus. A Duce Valachiæ Jeremia, nuptiales concentus, cum Maria Mohilanka filia, non lamentationes, Patriæ invexit. Connubiorum nexus, regna non individuales animos ſtringunt; privatæq; lætitiæ in publicum redundant. JACOBUS Succamerarius Halicienſis ANDREAS Vexillifer Podoliæ, NICOLAUS Ductor Cohortium, quanta robora! Moſchoviticæ, Baſſarabes, Scythicæ ſatis id declarant victoriæ. STANISLAUS Palatin: Podol: Moldavorum, Turcarum, Scytharum, Coſacorum, Moſchorum, Pruſſorum, ita victor, ut in communi aliorum Ducum conamine, palmam ipſe tulerit. Guſtavo Sveciæ Regi, ne guſtare quidem dulcem Patriæ Libertatis ambroſiam permiſit. Coronarum Stephanus Gemma, Sarmatici diadematis Tutelam egit, cùm ferreâ hoſtium coronâ Sarmatica cingeretur. Quo enim melius Stephanoma Regium confugiſſet, quàm ad Stephanum? NICOLAUS Pal: Crac: Dux Exercituum, quantum Potocciæ Majeſtatis auctoramentum! Patriæ militiæ vitam impendens, ita pro ſanctuario libertatis bellavit avidè, ut vel amiſſam, in ejus pectore reperiſſet. Copiarum regni Imperator, copiam ſuæ fortitudinis Scythiæ, Valachiæ, Daciæ, ſui ipſius, omni-

bus castris, & Curiis fecit. Dux limitem, sine militum censuris egit. Herculi succedit Theseus, magnanimo, magnanimus, bellatori, bellator, Palatino Fratri, Palatinus Sandomiriensis Frater. Tot cũ sibi inviderunt subsellia quod ejus viderunt rectè facta. Emeritus in bellorum acie, Cõsiliorũ telis pugnavit in Lechica Areopago. Palmarius est bellis prospicere, quàm bella gerere; pro galea, ratio, & cura regnorum, caput orbis tuetur. STANISLAUS Palatinus Podoliæ, Aquila castrorum, sol Procerum, mens Principum, Ea in suum Optimatem fuit Coronarum propensio, ut innumeris fascibus, toto amore, infinitis tanti viri desideriis, in Aulam STANISLAI, an virtutum Civilium Palæstram, se demiserit; ea Optimatis nostri erga Regum, populiq; bonum sollicitudo, ut aliter conservari non videretur salus publica, nisi beneficio STANISLAI. Castellanã Camenec:, Palatinam Braclavien:, ac tandem Podoliæ purpuram indutus, toties cumulari fascibus debuit, cui par meritis præmium invenire Regia non potuit. Moldavicis, Turcicis, Moschoviticis, Scythicis, Cosaticis, Prussicis, Sveticis laureis coronatus, tot Civicas meruit, quot Civilis vitæ insidiatores sustulit. NICOLAUS Palatinus Braclaviens: Campiductor Regni. Quid hoc Augustius Heroe? Campestrẽ Indolem sub libero Jove semper exercuit, ut ad belli fulmina assvefecisset; unde facilè suo Alcidæ victrix Clava eviruit in laureas; Incessit per cruores Sauromatum, non agros tantum & deserta Valachiæ,

exco-

excoluit palmis. Arctantur jam tot Palatinis Proceribus conclavia; in angustias cogunt, & ruborem Oratoriæ tenuitati tot murices inurunt; nisi ad Ducum purpuras, decocta, ideoq; maturior svada profecisse aliquid ex maximis, ad maximos videatur. Novam secum infert pompæ Nuptiali aciem, STANISLAVS Palatin: Crac: Magnus Dux Exercituum Regni. Intumulatã cineribus & favillis incendiariorum Scytharum Poloniæ gloriam, per castrensia jejunia, ad vitam & lucem revocavit; verè Thaumaturgus Ductor! Cudnovias planities, stragibus Tartarorum tumescere jussit, limites furori barbarico in eggestis ossium acervis præfigens. Inconsultæ Szeremeti audaciæ, ferro consuluit, ut priusquàm arma sumpsisset deposuerit. ANDREAS Castellan: Cracov: Campiductor Regni triumphalibus Stanislai insistet vestigijs. Augustus Heros, Augusti vices Patriæ præstitit; Serenissimo JOANNE III. Austriam cum exercitu Polono vindicante, ANDREAS ut pro limitibus Regni, ita pro Principis Majestate, excubias egit. Exundantem ad Dunajowiec usq; Scythicam Mæotidem, morticiniis Scytharũ, pro vallis stitit, & oppressit. Eosdem Andreæ & Crucis inimicos credideris, quos ille dignos Crucibus, in cataclysmum proprij cruoris præcipitavit. Quis verò credat? eodem ferè tempore illum, Tauricam Chersonesum in Podolia, & Geticum Orientem in Pannonia cicurasse? Europam Scythiam, & Asiæ Tyrannos domuisse?

Divisit

Divisit se in tot victorias, cùm dimidium animæ suæ STANISLAVM, Germaniæ auxiliarem dedit. Magnæ spei Heros, à maximis conatibus exorsus est, unde statim avitæ Magnitudinis mēsuram implevit, in militari Tyrocinio. Hæmonio Marti, in prætexta congressus, cum arma non sufficerent, se ipso, pro telo usus, oppressit chalybeum Gygantem, suâ ruinâ. Jllius tamen letho, revixisse videtur Austria, & sanguinem, quem STANISLAVS fudit, in venas assumpsisse, ut contractum inter funera Civium pallorem, novâ purpurâ tinxisset. Audebitné ulterius Celsitudinem Potoccij *Sanguinis* deplumata involare oratoria penna? quæ vel ideo plumarum deposuit spolium, ne intemperanti, ultra facultatem, in altum niteretur temeritate. Commune hoc cum superis, Divis Magnatibus, ut videri non possint, coli debeant; Illos Cœlum tegit, hos immortalis famæ siparia, utrosq; vel aræ ostendunt fuisse, vel trophæa. Latere tamen Patria Majestas Illustriss: Castellanum Camenec: non patitur. In Camenecia Petra suæ & Regnorum felicitatis sanctuarium erexit, adversùs quod Tartarus nunquam prævaluit. Spectavit in illo mundi oculis, cum dolore veterum annorum, ad invidiam præsentis sæculi, ætas antecedanea fulgidam bellorum pulvere frontem, æstuosos Patriæ labores, Principum amicitias, consulendi prosperitatem, quando cruenta hostium prælia animoso frangebat pectore, sub tutore clypeo, integritatem Patriæ ferebat, Regios a-

mores

mores aucupabatur fidelitate, publicam felicitatem grandi munere succollabat. Non magis Dux, quàm Parens felicissimus, Principi Infulæ Varmiensi par caput, Pontificali purpuræ æquales lacertos, Senatoriæ Curuli dignissimum Optimatem obtulit in Filio Jllustrissimo THEODORO, postquàm Culmensis folij fastigium meritorum eminentiâ implevisset. In illo Ecclesiastica Majestas speciosiùs regnat, pendet ab ore sacro Christianus orbis, auscultant vocem extrema imperia, verborum magis acumen, quàm armorum, formidant hostes, quoties in trabeato Procerum concilio, Patriæ libertati, Religionis integritati, publicæ paci consilijs suffragatur; summam Liberæ vocis servitutem ratus, uti libertate tacendi, ubi in publica functione detonandũ est.

Perennet, ergo, Principis Infulæ
Regniq; laudum Maximus arbiter,
Et serta Divini laboris,
Addat Avûm, Proavûmq; sertis.

Purpurato Antistiti, purpurati Magnates augent muricem. Jllustissimus Camenecensis Castellanus, Jllustrissimus Referendarius Regni, Jllustrissimus Capitaneus Circasiens: tres Fratres, centum Fabijs superiores; quia hoc ævo non fustibus: aut saxeâ tempestate, sed igne, & igneis spiritibus certatur ad palmam. Optarem nunc Scipionem aliquem, in singularem velitationem, veterano obijci Heroi, vix Africanum nomen, imò & caput non deponeret. Lucrum Martialis vitæ

tæ optimum æstimāt, vitam in Patriæ emolumēto deponere, & auri domestici jacturam,, in nervum, & cotem militaris ferri, conversam, ærarium esse famæ opulentissimum. Quid dicam de Jllustrissimo Excubiarum Regni Præfecto? Vigilantissimus Heros, armorum est Lydius; inter tranquilla pacis publicæ otia laboriosus Civis, inter gyrantia castrorum signa, fixæ Virtutis, & constantis animi Ductor. Mercurius in Curijs, Gradivus in prælijs; in æstu negotiorum, Patritiæ securitatis sitibundus Regni Minister, in rigore pænarum, abstemius sanguinis Judex, Equestris gloriæ insigne coronamentum. Quid de Jllustrissimo NICOLAO Palatino Kijoviæ? Decius Sarmaticus, amittere se existimat diem, quem extra castra, & belli aciem ageret. Vix non prius vincere cæpit, quàm vivere. Quare Religiosissimus Libertatis Patriæ cultor, umbram servitutis metuit; nequidem limitibus Regni arctari passus, è campis Valachiæ, securitati prospicit Domesticæ. Assveta servitio ingenia, effræni se rapi putant exitio, nisi ferre sciant fræнos, & maximos imperij contextus dissilire, nisi arcto Principum compingantur iugo; eundemq; esse magnis opibus servandis finem, qui serviendi fuerat; Educatis verò sub libero Jove ad libertatem Proceribus, asperius nihil est, Dominos, quàm, ferre lupatos. A tot Palatinis, Castellanisq; fascibus, & Exercituum Regni Clavis, ad compendium Avitæ felicitatis venio, Jllustrissim: FELICEM Palat: Cracov: Campiductorem

rem Regni Parentem Tuum Jllustrissime Neosponse Omnigenæ virtutis Ideam, exemplar, & prototypon ardentissimi in prælia animi, eo in imitatione facilior, quo fortiùs arduos quoscunqué labores explanavit. Superstitem fortitudinem, Jllustrissimis Hæredibus reliquit integram. Opulentæ sortes Parentum, non animi magnitudo, dividi potest à Successoribus, quæ, ut animæ spiritualis integritas, in partem scindi non patitur. Unus ille & totus, in Vobis singulis vivit, qui se totum in solerti educatione pectoribus Vestris instillavit. Quod Theodosius Honorio & Arcadio; Augustus, Druso Germanico; Hectori Priamus, in fundando imperio; in armorum exercitijs Æneas Ascanio, Telamon Ajaci, in purpureo consulentium cætu, Parmenio Macedoni, Cyneas Pyrrho, in fortitudinis experimento, Æson Jasoni, Philippus Alexandro, hoc Jllustrissimus PARENS Vester, Vobis dignitatum, meritorumq; Successoribus fuit. Intravit Regiam? solem luminum Patrem inferre secum videbatur, ita in fronte ejus innube serenum, in vultu serena Majestas, in ore amæna blandities, in oculis blanda temperies, in incessu temperata gravitas eminebat. Perorare cæpit? amavit vocem ejus libertas, probavit Majestas, populares fortunæ optarunt. Stetit in castris? quasi conjuratæ celerabant ad vestigia palmæ, felicitati suæ attribuens, quæ præcurrerit; frangebantur Panici Barbarorum impetus, elidebantur adustæ aprico sole cervices, priusquam vulnerib⁹

hostilia

hostilia corpora affligerentur, imbelles Spiritus in Orco latebras quærebant. Quoties Martiali chalybe venas sanguinis in pectore Scythico laudi suæ laxavit? quoties ardenti mente gelidam Mæotidem in lacrymas solvit? tandem post tot bellicos agones, Cælum sidereus hospes intravit, non tam victorijs fractus, quàm vincere amplius dedignatus, postquàm tres lacertosos Alcidas, pro se uno Atlante, Sarmatiæ suffecisset. Paternarum victoriarum, & fortitudinis ex asse Hæres Jllustrissim: MICHAEL Notarius Regni, primus aciem occupat, cui, velut armorum Numini Oratorius adgeniculatur calamus. Ferreo stylo opus est, non plumosâ levitate pennarum, ut in Rhodopeio silice, non in paginarum mollitie exantlati illius sculpantur, non pingantur triumphi. Frangi potius bellicis amat laboribus, quàm lento consumi capacioris studij otio, & olorum ignaviæ, Martialis cespitis beatitudinem anteponit illius.

Mens assveta periculis,
Infra se validos despicit Hectores.
Frontem cladibus erigit,
Et gaudet quoties integra cæditur.
Laurus sanguine pullulant.
Et magnes, chalybis pabula diligit.

Jllustrissimus Capitaneus Bełzensis, Tertius Frater, quantum Potocciæ Felicitatis pignus! amant in illo svadæ & morum svavitatem Cives, formidant rigorem supercilij hostes. Dent mihi sæcula in devinciendos populorum animos Trajanum

Trajanum, in deterrendos exercitus Scipionem, in excitanda militaria ſigna Alcibiadem, ſago, togâq; potentem Julium Cæſarem, omnibus ego Belzenſem Noſtrum Heroem, affectibus Civiū, favore caſtrorum, triumphalibus Civicis, muralibus ſertis coronatum, opponam. Tuam Majeſtatem inducimus, cum belli, pacisq; ſtudia Jlluſtriſſimorum Aboriginum & Fratrum Tuorū recenſemus. JLLUSTRISSIME NEOSPONSE. Secundum Te generoſior Lucina Victorioſiſſimo FELICI dedit, id eſt, ex Felice felicem, unde Bellonæ, fortunæq; aleam imperio Tuo ſemper captivas. In quantam molem excreſcere debet Oratoria facultas? ut grande Tuum Nomen, meritorum, armorumq; decora, animi Magnitudinem, pari dignitate effari poſſit? exhaurit Athenarum æquora, non minorem tantum Hypocrenen, profunda ſanguinis Tui amplitudo, implet omne ſpatium etiam imaginarium, imò & ideas quaſcunq; encomiorum, immenſitas Virtutum Tuarum; offundit procella ſudorum, latifundia paginarum, ideoq; ut laudes Tuas periculo humilitatis noſtræ aggredimur, ita efferendarum labore ſollicito tenemur; ſi tamen comitari in dignitatum faſtigia debiliori acumine merita Tua non poterit, ancillari ſaltem, & à longe celſiſſimas virtutes adorare ſtudebit, in caput tantorum ſiderum facundia. Et licet verus meritorum fructus ſit, meruiſſe, nec illū virtutibus pretium, extra ipſas virtutes eſt, juvat tamen claritatem factorum, æternitas faſtorum.

rum. Per ſæculares ætatum revolutiones leget in prælis venerabunda poſteritas, inarabit Cedris auro ad exemplum Patritiæ Gentis inducet, quàm fueris Civium meritiſſimus, Senatorum digniſſimus, Heroum ſolertiſſimus, victorum feliciſſim', os populi, cor Principum, lacertus Reipubl. quo meliùs nemo Terrarum deſideria aperuit ſolijs, nemo digniùs amores ſoliorum detulit Terris; nemo juſtiùs æquitatem in Areopago, ſtatuum negotia in curijs protexit. Exhumare hic Moldavicos Duces, Scythicas acies, Dacorum exercitus; inducere Panegyri refertos oſſibus & cranijs campos, decoloratas cædibus paludes, pingves Barbarorum ſanguine indagines; congerere in triumphalem obeliſcum, Thraces pharetras, & umbones, Baſſarabum ſpolia, Aſiæ exuvias;

Quidquid barbaricis cladibus incapax
Fertur Boſphoreum ſanguinis in fretum,
Exſpumaſſe Tyras. quot gelidus graves
Deplorat Boreas neces;

Unâ quaſi coarctare periodo deberemus, ut Tuas JLLUSTRISSIME NEOSPONSE laurus in Valachia, Podolia, Dacia, adumbrare ſaltem, ſi non ad Tuam lucem æquali gloriâ edere poſſimus. Idem in armis Tyrocinium Tuum fuit, quod & Herculis, ille Nemeen ſylvam excoriato Leone, in ſerta victricia ſibi coegit, Tu fagorum triſte nemus in palmas frondeſcere juſſiſti. Accedenti Tibi hoſtile ſolum, accedebant è latebris furores aſcetici Barbarorum. Nunquam Servatrices Patrij Imperij Cruces Tartarum magis

gis perculerunt, quàm cum Te Hæredem Pilavium, in armis aspexit. Nec passi sunt in faciẽ Tuam venire Lẽures Scythici, quorũ terga tantùm vidisti. Ipsi se expoliabant, non exspoliabantur, ut & Tuis Manubijs, & suæ fugæ consuluissent. Timidorum arma, ultro à latere suorũ Authorum, in castra Victoris transeunt, ut generosiori tractentur manu. Sentit, quem patitur sessorem animosior caballus. Sylvestribus debellatorum Faunorum adoreis, Podhaïecenses succedunt manubiæ. Tauricani Martis robur, rubori eidem fuerat, cùm gravis adeo Patriæ hostis, ibi levi manu Tuâ profligatus, pacem, quam in Polonia turbavit, ad Rhodopen quæsierit. Catenata mancipia servire Victori debuerunt, quæ sævire venerant. Equites Hyppocentauri, didicerunt in Palæstra Heroicæ Tuæ Virtutis humiliùs sub compedibus incedere. Suo damno expertus est Thracius Diomedes, obdurato chalybe Achilli nostro non benè se congressum fuisse. Ab Oriente, in Septemtrionem movisti aquilas. Detruncatâ Bisthonidis Cynthiæ superbiâ, ferreas casses tetendisti Gothico Leoni, quem ad Brodniciam, Maruszeviam, Calissium non terruisti tantùm ignibus bellicis, sed attonsâ etiam ferro jubâ, in Balthicum spelæum compulisti. Quis ex rei gestæ dignitate, edisserere possit, illam Tuæ magnanimitatis & imperterritæ mentis fortitudinem? quâ tot Civilis belli fulmina, armati Septemtrionis tempestates, periclitantis fortunæ incommoda, sub tonitru belli animosior, in pro-

cellis serenior, ad pericula alacrior, inter motus publicos, quasi è specula eminentior, despexisti. Dodonea quercus exuvijs leonum, clypeis, & aheneis inductæ thoracibus, fulmine, aut pugnaci ventorum rabie moventur; Ausoniæ Alpes malleo Annibalis cesserunt; admisit scissus Athos Victorem Persam Jupiter infra se & cælum immanes despiciebat Titanas, & tamen.

Magnum illa terrorem intulerat Jovi
Fidens juventus, horrida brachijs,
Fratresq; tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.

Tu inter Martiales flammas non adustus, inter malleum & incudem Septemtrionalis Vulcani non fractus, inter armorum fulgura interritus, omnibus ruinis altior stetisti, ut juratam Majestati Poloniæ fidem, tecum supra quodvis periculum extulisses. Quod verò militaribus ingeniis rarum est, Te bella gerente, pacis studio animus exercetur. Jlla in vultu Tuo acceptio, in verbis clementia, in ore mansvetudo, in populum comitas, cum proceribus unio, in omnes affabilitas, in Curiis rectitudo, in Comitijs æquanimitas, ad satietatem spectantium oculis usurpatur, quasi extra omnem armorum facultatem existeres. Quodsi ad Tribunalia Regni, publicis votis electus Deputatus Judex, ream scelerum malignitatem, aut lege corrigere, aut securibus feriri voluisti, quâ sanctitate judicij, quo verborum pondere? quâ sententiarum æquitate id præstisti? in tot Tibi Divini justæ Themidis

fasces

fasces silvescunt laureas, quot triumphasti crimina, tot Civicas contribuit Curia, quot sceleratos Cives perdidisti. Non minor enim Crudelitas est, criminibus parcere, quàm innocentiam opprimere; & æquè Patriæ Pater est, qui seditiosa capita plectit, quam qui bonos in sinu complectitur. Sævus incolumitatis curator est medicus, qui in membra totâ styge calentia non sævit. Et quamvis ignoscendum sit aliquando temeritati, non tamen deploratis ingenijs, si quidem,

Crescet & exhaustas spoliabit pignore vites,
Ni ferat armiferam noxia sylva manum.

Hoc in Te temperamentum adoravit semper avidissima Tuæ justitiæ Curia; Nec promiscua, aut vulgaris Tibi clementia est, nec centum custodijs præmunita. Nemo Te in sententia grauem, nisi gravitas scelerum, nemo in iudicio formidabilem nisi formido delinquentis conscientiæ, nemo in tribunali severum, nisi lenocinia peccantium senserunt. Metuunt sibi scelera, quoties Tibi pullatam, cum ense manum *Justitia* porrigit. Qvamvis Tu, involutos causarum nodos, feliciùs quàm Gordium ferro Alexander, districtâ ratione resolvis. Cœcum alias Numen Astræa, ad lūen judicij Tui semper videt, nec palpare ampliùs scelera, sed perspicere & prosequi poterit, cui omnem humanæ iniquitatis obicem, ad quem hæc Dea impingeret, amovisti. Plus dicam, Petras scandali, & lapides offensionis, in fundamentum & structuram Judicialis Sanctuarii

consecrasti, dum scandala, & offensas allisisti ad Petram. Nunquam in foro Tuo causas reorum, aurum disertius defendit. Nunquam vocale æs, quo minus æquitati attenderes, pretioso sonitu aures, distraxit. Ad cor justæ Themidis, non ad manus Æaci, ad lances, non ad urnam, peroret necesse, qui actionem evincere conatur. Solennitates juris, devotas sibi mentes, non amant aureo eiusmodi tinnitu ad Tutelares aras justitiæ evocare. Actum est de innocentia, ubi actor Plutus litigat.

Avariorem quis benè Tantalum
In consulentis limina Curiæ
Amittat ? ut is naufraganti
Præsidium ferat æquitati.

Aliqui ad forum judicij, quasi, ad Saturni messem accelerant, Tu Avitis ærarijs, & Te ipso satis opulentus, solo legum, & commodi publici amore in curiam extraheris. Impar est Orator, Tuam in atentione causarum vigilantiam, favore pupillaris negotij sollicitudinem, in excutiendis difficultatibus facilitatem, in componẽdis partibus comitatem, in ferendis Sententijs rectitudinem, in reos clementiam, in miseros benevolentiam, in contumaces robur brevi hâc complecti paginâ, nisi ipsa Themis Curiali ferro, pro calamo, in pectoribus Civium, pro tabulis, immortale Tibi concinnet elogium. Qualem Te in suo Generalium Comitiorum Augustali venerabitur Sarmatia Oratorem? JLLUSTRISSIME DOMINE, quo honore Tuis ferri lacer-
tis

tis gaudebit Chełmensis Terræ Hæmisphærium? quâ aviditate Senatoriæ curules, Tuis recreari consilijs anhelabunt? qui toties jam in hoc Purpuratorum Numinum concilio, quidquid inter arcana Reipublicæ subtilis, inter negotia ardui, elevatæ rationis ope attigisti, salutaribus consilijs enodasti, martiali animo excussisti; Niciam, aut Themistoclem Athenis, Cyneam Epyrotis, Antipatrum Macedoniæ non invidemus, qui Patriam Majestatem, apud exteros Principes, animo regnis majore circumtulerunt; tutius Sarmatica Integritas, Tibi nostro Mercurio, integri pectoris Heroi, se Communicat, cujus omne studium est, caput Curis Reipublicæ, cor amori libertatis, Vitam saluti populorum immolare. Ad Avitam Aboriginum Tuorum Celsitudinem, accedunt, & Nuptiali immiscentur triumpho, Celsissimi Principes Imperij LUBOMIRSCII, & cũ illis Princeps Neoburgensium Ducum Aula, Austriaci Archiduces, Cæsares ipsi, Romanum Imperium, quod Celsissimæ genitrici Tuæ debes; Accedunt emeritissimi Duces RADZIWIŁŁII, CZARTORIENSES SANGUSZKOWII, Jllustrissimæ SAPIEHARUM, LESCZYNIORUM, SŁUSZKARUM, DANIEŁOVICIORUM, KALINOVIORUM, & mille aliæ Prosapiæ, quas tenui aliquâ circumscribere velle congerie, inconsultæ foret temeritatis. Satis Te in Augusto Tuo spectasse Ortu, satis confæderatam utriusq; Ducalis Sangvinis Majestatem, ad perenne Hymenæi Vestri JLLUSTRISSIMI NEO-

SPONSI deduxiſſe ornamentum. Modo ad dulcem Votorum harmoniam, Atticas extra Græciam evocabimus Apes, quæ non fulgentibus tantùm Majorum Ceris, ſed & melleo Hymenis Veſtri ſæculo deſerviant.

Hyblez volucres, dulcia pignora,
Huc è Theſſalicis currite paſcuis,
Et quas Attica Pallas
Ceris nutrit, Apes Ducum.
Hìc vos nobilius nectar habebitis,
Quàm quod ſidereo præbet Hebe Jovi,
Solertiq; feretis
In proboſcide mel Sacrum.
Hìc ſertis Procerum perpetuis virent,
Florentesq; ferunt regno propagines,
Hìc ſtirps florida Gentis,
Gratis fragrat odoribus.
Hìc vernat roſei purpura Sangvinis,
Pæſtanâ potior, vel Sybaritide,
Florum regna mater
Quàm nobis ſatis invidet.
Hìc intacta nigro Lilia funere,
Candor patritiæ lacteus indolis,
Hìc mens, neſcia falſis
Tingi dotibus, eminet.
Civis, nempè, bonus flos Patriæ eſt; neq;
Sic proles Zephyri proſpera pullulat,
Ut Majæ genitricis
Floret Mercurius Jovi.

Regum

Regum gratus odor, vir fideî tenax;
Nullo proſperiùs nectare paſcitur
Quàm ſudore calentûm,
Princeps regia frontium;
Ergo mellifices. poſthabitâ Samo,
Matres huc properis ite volatibus,
Et condite beatis
SPONSIS MELLEA SÆCULA.

AUGUSTALE
CORONATÆ THEMIDIS
Manubijs Curiarum, Honorũ,
& Armorum
ILLUSTRISSIMI DOMINI

D. CASIMIRI.
In Dłużem
DŁUZEWSKI
Mareſchalci Tribunalis Regni, Pocillatoris Terræ Chełmenſis Colonelli Cataphract: Cohort: Illu: Palatini Podlachiæ Campiductoris
REGNI,
HEROIS MERITISSIMI
Adſtipulante Tantis Splendoribus Collegij Chełmenſis Scholarum Piarum Officioſiſſima, Pallade In Ipſo Lublini Tribunalis Curiæ
INGRESSU.
EXORNATUM
Anno Domini Iuſtitiarum in Carne humana Solium Tribunalitium Auſpicantis M. DCC. XV.
Authore P. DAMASCENO à Matre DEI Sch: Pi:

VARSAVIÆ Typis S. R. M. Collegij Sch: Pia.

ENCOMIUM

Illustrissimi Pobog.

Librasuper, Crux est; Soleæ latus, instar, utrūq;
 Extremâ flexum parte, bilancis erit.
Virgo Themis Libræ sociat sua jura, facesq;,
 Proximus his semper Sirius ire solet.
Messe Tibi quantâ laudum fora Civica crescent?
 Cum Tuus Astreæ Sirius astra juvat.

JL-

JLLUSTRISSIME
MARESCHALCE

ANte Tuũ celerat, ſed quali fronte? Tribual
Muſa, Themis rigido quẽ tegit enſe minax.
Hinc rutili faſces, hinc Te cinxêre ſecures,
Pierijs quantus vultibus inde timor?
Sed, prout atra vibrans, radios, per Nubila Phœbo
Gratior humanis ſenſibus eſſe ſolet.
Vt melius, denſis armata roſaria ſpinis,
Purpureo jactant, quâ licet, ore jubar.
Sic Tua Majeſtas comi ſpecioſa favore,
Armigeros inter fulget amata metus.
Sic nitidi ſuadæ, licet obſtet Curia,, Flores,
Omne Tibi ſvavi vulgus odore trahunt.
Crede mihi, placidæ conſtantia ſidera frontis,
Neſcio quem poſſent demeruiſſe Tibi.
Vis innata boni, mitis clementia vultus,
Nectare lingua fluens, marmor amore tenent.
Hoc, reor, hoc Veſtrũ, poſitâ formidine quavis
Iudicium trepidas juſſit adire Deas.
Diligeris multum, fas eſt arcana fateri,
Munere qui multo pectora noſtra reples.
Quàm felix, meritos licet aſpernata rigores,
Quæ tulit edicti fulmina, Cauſa, Tui

Eſſe

Esse leves pœnas, & lenibs urere flammam,
Mite putat ferrum, quod tolerare jubes.
Est aliquid, justos quod amat sopire dolores,
Mansveto placidi Judicis ore premi.
Vnde licet peccent Nostræ ruditate Camenæ,
Multa subest tenui culpa notanda Stylo.
Quale patrat crimen vatis temerarius ardor?
Impare quod voluit Te cecinisse chely.
Omnia pæne reas testantur nomina Musas,
Hæ tamen audaci Jus adiêre pede.
Scilicet ultro cadunt, tanto sibi Judice tutæ,
Sive levare reas sive ferire velis.
Est satis illarum studio, dulcedine linguæ,
Posse sui modulos mellificare metri.
Augustale Tuo, quod iam Themis ornat, honori,
Exuvijs tentant accumulare Tuis.
Quis precor hic ausus? vestros tetigisse decores
Qui vires quasvis exsuperare queunt.
Pennanè ferre potest Clipei grave fulgur, & ensis?
Hoc iterum fateor jam mea Musa rea est.
Pro libitu damna pronas in vota Camænas;
An bona, Iudicio quæ proba Causa Tuo?
Iuppiter ipse rudi non respuit ore rogari,
Quodq; dedit, cordi est, pauper, & arcta manus.
Quidni, Tu, superis licet auctus honoribus ardes,
Ingenio pateris deteriore coli?
Decidas legem sequimur; tamen ipse Juvabis
Concernit quæ Te, ne mea causa cadat.

Ex Voto,
Devinctissimi
Illustrissimæ Dominationis Vestræ,
Collegij Chelmensis. Scholarū Piarum.

MANV-

M A N V B I Æ

AREOPAGI TRIBVNALIS

R E G N I

Tot Tibi Affluunt,

JLLVSTRISSIME MARESCHALCE

Quot fundis noxij ſangvinis,

ei ſicces innocentes lachrymas.

PRINCEPS TRIBVNALITIA

MAIESTAS,

Vt menſuram ſui ex Te, Tui ex ſe caperet

Regium Themidis Regni Auguſtale

Tibi reſeravit,

Quod Tui ſcipionis decempeda, Tibi emetitur.

Dicere debueram;

Animo nullâ magnitudinis lege ſtringendo,

Legum laxavit Imperium

Illis optimè cedunt magni faſces

Quorum pectus major Anima informat.

Maximi bonores, maximis ſpiritibus contribuunt.

Cœlum incumbit Atlanti,

Cui prior incubuit Atlas.

Tot Purpuris, Elector calcul⁹ militare ſagū prætu-

Ut Te Purpuratorum reddidiſſet Arbitrum (lit!

Iudex Libra

Pretiū aurei Herois, ferro Conſulari examinatura,

Curiam Iudiciorum Tibi aperit,

Vt oculorum mundi judicium introducat,

Cæca, alias, Dea Iuſtitia,

Pupillas orbis, de Te Pupilla Curiarum,

Con

Consulit.

Nisi

Tutiùs semper res æstimetur meritis, quàm opinionib⁹.
Grande lancibus pondus; bene gestorum gravitas
Aurea Persei stella
Suo inter sidera libratur auro,
Quæ, verò, bilanx Te ponderaret?
Qui omnem supra valorem assurgis,
Ideoq;, & supra Themidos libram,
Cui Mareschalcus imperas.
Adoret regnantem in solio Iudicem orbis!
Iovis filia non immerito dicta, Themis
Hæreditaria Patris solo infert,
Quæ Curiarum moderatoribus conferat.
Vnde benè cautum lege:
Judex è solio decernat:
Palmare imperium est, quod exercetur in sceleribus
Parùm, tãen est reatus plectere, nisi plectantur & rei.

adeoq;

Vt mulcere probos, ita mulctare reprobos
Nobile regnandi genus est.
Æqui Minoentis nunquam, extra Regiam

Certè

& Nostra Areopagus non absq; diademate
Quòd à coronato *Stephani* Nomine derivat.
Regiam ille suam,
Curiæ Tribunalis Regni intulit,
Dum motas post Curiam,
Foro Patritio addixit Causas,

Id est

Maje-

Majeſtatem ſuam, cum Regni Iudicibus
Communem fecit
Nunquam Aureæ juris Regulæ, digniùs fulſerunt
Quàm Batthoræi eburneis dentibus expolitæ,
Armantur coronatis molaribus ſacri codices
Ne tineâ pravitatis arrodantur.
Fertilior, hæc quàm Cadmea, ſementis
Maturam Heroum meſſem,
In tot purpuratis judicibus, Lecho educavit.
Quis verò melius. quàm Batthoræus Tridens,
Erythræum ſangvinis reorum pacaret?
Rara hæc inter ſceptra Phænix,
Deplumare ſe pennis, quas civibus aptet,
Vt ſublimius ad culmen gloriæ evolent.
Coronati Soles
Frequentius formoſam Civilis fortunæ ſpeciem
Deperiunt, ut decolorent, quam ut excolant.
At verò
Nihil æquiùs, coronatam incedere æquitatem.
Proſpera, & felix Reſpublica, vbi imperant,
Non parent,
Iubent, non obediunt leges.
Extra Arcam Moyſis
Semper Tabulæ legum adorari volunt.
Tantæ Májeſtatis Caput emines
ILLVSTRISSIME MARESCHALCE
Cujus Ingenio
In Sereniſſima lumina, adhuc ſerenatur Curia.
Accenſus in ſtemmate Sirius
Semper ut Aſtreæ, ita libræ finitimus.

Quàm

Quàm minax ille devianti hominum gregi!
Qui in aſtris erratica ſidera allatrat.
Periculoſiùs eſt regem inſectari Leonem,
Quàm Cervorum mordere vulgus
Moloſſus hic Veſter etiam Domino
Actæoni gravis.
Timeant ſibi fera ingenia,
Minima quæq; eorum veſtigia ſubodorabit,
Vt ſemper odora Canum vis.
Nil ſubtilius criminum acumine,
Mille formis inveſtiuntur, ne inveſtigentur.
Inter feras hominum, inter homines ferarum,
Vbiq; noxiam circumferunt frontem.
Vt nullibi eadem videantur,
Novit Protheos ejuſmodi Noſter
venaticus,
Quos irritat, ut irretiat;
Maculoſa Nomina in maculas impingunt,
Plagiarios in plagas egit.
Iuſtæ tamen Themidi, non ſuo commodo venatur,
Avidior inſequi æqvũ, quàm lucra, & per lucra.
Pingvem offam illi ne Objeceris;
In furorem agitur, cum manus non vacuas videt.
Famis nimium patiens, famæ famelicus.
Illi demum optimi Iudices
Qui Iuſtitiæ, non Pactoli fontes ſitiunt.
Exulet Pelopes e Curia, ut opes populi benè curētur
Defunctæ leges, officio functæ,
Quarum fænori, an funeri? ſæpius are pulſatur
Gentilitius Tuus Canis
Spartam tuetur, non ſportulas.

Curiæ custos, non gazophilacij.

&

Si in palmari solea Tua januã æquitatis cernim⁹,

Aureâ Cruce, auro præclusam agnoscimus

Nempè

Crux maxima rectis Heroibus magna munera;

Solvunt leges, etsi gratuita persolvuntur.

onerant animos Judicum, quæ manus ornant dona

Aureis Philippi asellis,

Olynthi portæ pateant, non Olympiades sacræ.

Sepiant, ut volunt fraudulenti Lescones,

Non clavis tantùm, sed & totâ Lipare,

Viam juris, quæ est coronarum Via,

Tuta periculi ad coronam justitiæ evadet,

Quia Cruce obtecta solea.

Nisi potius Iridem dixero,

Sed quæ plus semper candicat, quàm rubet.

Seu quod publicam lucem nunquam erubescat,

Seu quod noxio sangvine colorari non amet.

Pessimum genus Naumachiæ est,

A Curiarum in Civili sanguine naufragio

Clavum Prætorij auspicari.

Deplorata securitas, quam solis debemus securibus

Quasi alij fontes Tribunalitiæ laudis non essent

Quam qui e cæsorum jugulis profluunt.

&

Illa tantum vena optima ad Judicandum,

Quàm lictor ferro aperit

Quàmvis, æquè crudelis est

Qui noxijs parcit, ac qui innoxios plectit

Iniqua scelerum sementis,

Laté procedit, ni falce præcidatur.
Pulcher hic in folea Tua ambitus,
Ambire Cruces, ne excrucietur probitas.
Cruentam rubiginem non amat,
Vnde fæpius in arena juftitiæ deteritur
Ut fplendefcat ab ufu.
Hæc eft magnis Heroibus fumma gloria,
Vt confummentur, labore cofumi; Nimirum:
Aurea per varios exit mens terfior aftus,
Alcidam, Nifi orbis monftra fugeffiffet.

Quis noverit ?

Defint exempla; Tu chalybeus Achilles es
ILLVSTRISSIME MARESCHALCE
Quoties Curiæ Tuam exigunt curam.
Nec frangi, nec flecti potes,
Qui fcopulis laborũ allifus ignefcis,
Ut zelum æquitatis accendas

Quidni.

Vrnæ Judicũ, Te Judicẽ exoptent ufq; ad Vrnã
Certè Tribunalitius fcipio
Nunquam pulchrius, quàm in CASIMIRI manu,
Ut in ferta Juftitiæ, ita Tibi in coronam gloriæ,

Efflorefcere potuit.

Lilijs innutrita manus quidquid tetigerit,

Florem aget.

Optimum Regni ornamentum à Flore Civium.
Hoc arente, arefcunt imperia
Florent fæcula, cùm Perfeos numerant optimates
Quorum veftigia coronantur fertis
Quantâ ferie current forenfes lauræ

Imo

Imo & orbis laurus!
In odorem Florentissimi Judicis Nostri,
Non ut recreentur tantum, ut de suo contribuat.
Quanto examine Atticæ venient apes!
Vt mellea Tibi conditura tempora,
Ambrosiam Tuæ mentis delibent.
Favis est dulcius Nectar,
Quod in se boni Reipublicæ propinant Heroes.
Nobilius saccarum è canis Consulum,
Quàm è Cannis legitur.
Nestorem Te Pylos crederet, id est melleum,
Si dulcis Tuæ facundiæ favos gustasset.
Certe aures Procerum, ut alvearia,
Toties nectare, quoties svadâ reples,
Huc lingvas Orbis!
Mercurio nostro immola, ut sapias.
Palmaris Heroibus gloria
Non minus linguâ mereri, quàm manu.
Multis ingenium galea obruit.
& Martiæ laurus supprimunt Apollineas.
Proinde, ut rarior, ita acceptior laus est,
Æque ferri, ac Capitis Acie præstare.
Excerebratus suâ Pallade Jupiter
Tuum emendicaret cerebrum
si adhuc Dijs jus diceret.
Reddis mentē legibus, lingua foro animā Justitiæ,
Ipsis etiam reis auditu dulcis
Quos fulminas;
Demulceri lethum, amuleto svadæ gaudent.
Pars quædam felicitatis infelicibus accidit
Cùm docto simul, ac miti ore pœnas ferre jubentur,

quas meruerunt .

Secures tolerent securitatis rei, non Judices,
Clementiæ soror est Themis,
Cruda vulnera molli dexterâ,
Curat, non excoriat.
Quod si sororiã exueret bonitatẽ, indueret Tuam,
Qui ut omnem juri rigorem adimeres
Comites gratias in tribunal traxisti;
Charites Oris Tui, frontem Saturni eliminant.
Ad aciem clementis Judicij hebescit Acies chalybis.
Et quidem salubrius consulitur bono publico
Cùm sæpe feriantur, quàm cùm sæpè feriunt fulmina.
Male fortuna Regni in rotis excruciatã se præsentat.
Tuus scipio ex arbore vitæ avulsus,
Non mortis
Animat ad colendã virtutẽ, quos exanimarunt vitia
& virgam imperij se meminit; non pænæ.
Id cùm Moysis clava commune habens,
Quod Erythreũ sanguinis transfretet sẽper sicc⁹
Nisi Mercurij virgam dixerimus,
Quæ venena componit; cúm dividit,
Nectit angves, non necat.
Satis plerumq; ad exercitium Iustitiæ,
Terrere malos, ut torreantur mala.
Parcendũ sangvini, cùm lachrymæ sangvinolentorũ
Maculam eluere possunt.
Nunquam firmiùs stetit, nec incessit tutiùs,
Quàm Tuo innixa scipioni,
Legislatoria Canities.
Fulcrũ æquitatis speciale, speciosa Procerũ ingeni
subtrahas erudita capita Iudicio, Atlantem Cælo sub
Decer-

Decernat Æacus! *(traxisti.*
Coctinè lateres, & saxa, an basis Mareschalcalis Ba-
Tribunalitiũ melius succollat sanctuariũ (culi
Columnæ Regnorum sunt erectæ in rectum Indoles,
Quæ ubi succumbunt, decumbit omnis Majestas.
Lacertosò Herculi debet Astrorũ Respub:
Quod immota steterit.
Cui verò prosperius cesserit Themidis gladius,
Quam Bellonæ Alumno?
E castris profecisti ad Castra,
Ex arena belli, in arenam Iustitiæ,
A legionibus, ad tuendas leges,
E Duce Iudex, è Iudice Dux,
Militante ubiq; Tuo Nomini palma.
Non adæquànda virtus est, pollere virtutibus,
Quæ dum in alijs fuerunt singulæ,
in unum collectæ fiunt singulares?
An non novum hoc est ex Africa?
Armato Iudici arridere leges,
Quæ semper sub sago Martis luctus annos obeunt.
Præfixa martiali hastæ juba equi,
Non tã bella gentib9, quàm cilicia juris clientib9
Designat.
Scilicet *clangentibus armis, jura silent,*
TV ILLVSTRISSIME, MARESCHALCE.
Ita arma rotas,
Vt Barbarorum cervices, non civium mentes
In vertiginem agas.
Hostib9 es gravis, non hostis Iustitiæ:
Iugo Dacorum attentus, non jugulis suorum.
Idem gladius

Qui Tibi bellicis exarsit ignibus, refrigescit,
Aræ Themidis admotus;
Extra incudem Martis odit inflammari.
Effulgurat, non excandescit.
Divinum quiddam in hominibus apparet
Non mutato animo, mutare manus
Nūc ferēdo in ulnis Cives, nūc civib⁹ exosos feriēdo.
Nō immerito bifrontē veteres Dij suspexere Janū,
Qui unus semper, geminos vultus,
Pacis & belli circumtulit
Novimus Te chalybis avidissimum,
Sed qui palmas in hostico, non colla in prætorio.
Oleas Curiarū, post laurus cāpestres (metat!
Excolis, non putas.
Nisi scelera sylvescant,
Quæ, ut ad radicem securis ponatur, exigant,
Ne succum probitatis depopulentur.
Hastâ, â fortunis populi hostem abstrahis,
Non populi fortunas sub Hastam trahis,
& Juris forum amas, non juris Nundinas,
Qui venales exponi leges non pateris
Avaram Cererem legimus, non Themidem,
Quæ ambustum Ægyptij infantis armum
Solvit ebore, quem dissolvit eburneo dente,
Ita omnis avaritiei census, non est absq; censura
Si Deæ refundunt, quantum offenderunt.
Pumices sunt leges, non spongiæ,
Expeliunt, non exspoliant.
Tu aureus Heros ferreum Te exhibes auro,
Martem Diti.
Loci reos mulctas, non loculorum.

Adtu-

Ad turres crimina damnas,
Quas aureus Jupiter non penetret.
Legem Te suis legibus,
Justinianæ Codex præscribit, ut proscribat vetu-
Cui Novellæ, Tuæ æquitatis derogant. (statē,
Sané Corp⁹ juris aut acephalū, aut prors⁹ emortuū,
Si Te Caput suum non ferat.
Tot Digesta publicæ luci tradis,
Quot digestos sensus Curiæ.
Tollat forum Juris Regulas,
Vna omnibus Regula sufficis.
Compendiosior est lex per exempla, quàm per Codicum exemplaria.
Norma popularis vitæ, vita Prætoris.
Hoc unicè miretur orbis!
Quod vix in solio judex apparuisti, scelera disparue-
In latebras venarū se recepit noxius cruor, (rūt
Né ad candorem Tui calculi erubesceret.
An? expalluit ōne scel⁹, ut incruētos fasces advertit
& statī Omnē Mitissimo judici materiē bilis adēit.
Sentiunt plerūq; crimina judicē, ne sentiant secures
Quis crederet?
Inglorium scelus conspirare in Procerum gloriā?
Vt parcos sangvinis decidat, ne cædatur cedit,
Quid enim ad recti Judicis formam non rectum?
Corrugas frontem in vitia, ut vitiosos corrigas
Plura scelerum spolia, quàm sceleratorum pelles
Themidi cōsecratur⁹.
Noxas proscribis, ne fatis noxiorum subscribas,
Auro refundenda Heroum solicitudo,
Qui, ne civium sangvis ferro fundatur,

Malorum originem prævident, ut præfocent
Medelam ægris adhibere decet, non macellum;
Morbum amovere non animam.
Tot Civicas Tibi debet Regnũ, quot Cives servas
In quos ne sævias, sævis in crimina
Vt victa, sic victrix causa nec cadere se putat, nec
Cui Tu manum adjeceris. (superare
Iacturam, levat Majestas
Triumphos, temperat Dictatoris modestia
Multis tamẽ, Calami Tui acrior, quã ferri stylus
Imò & gravior; (exstitit
Deponit suam levitatem penna, cùm Tui sensûs,
Depromit pondus.
Nec tã literas pingit, quàm vitia expungit.
At sepiâ tingi contenta, parcit sangvini,
Limat reorum nomina, non de libro vitæ eradit.
Vt verò sceleribus gravis ita fortunis populi grata.
Non minus boni Judicis est, persequi sontes,
Quàm prosequi insontes,
Præfixisti sortibus Civium in scipione Asylum,
Rapinis metam.
Eò major innocentiæ defensor, quo magis infensus
nocentibus,
Æquè Prætorium esse existimans,
Intueri jura, ac populi injurias tueri
Nullus est adeo intensus curarum æstus,
Qui sub florida Marescalcalis hujus Rãi Vmbra
Non refrigesceret.
In serta virtuti, in virgas reatui effrondescit.
Vbi tumor mali non premitur, timor leges opprimit.
Scis-

Sciſſas lite, ſvada integras partes,
Vt ex toto omnibꝰ patere vis Curiã.
Nunquã in integro Cauſæ, quas favor Iudicis cũu-
Sectœ Prœtorũ, dũ inſectantur partes, (nit, dividit
Secant integritatem Jurium.
Felix Curia quœ amores Judicum aſpernatur,
Ne amorem œquitatis ſpernat.
Tu ILLVSTRISSIME MARESCHALCE,
Ita quibusvis partibus bonus es,
Vt bonũ publicũ Iuſtitiæ, quod eſt ex integra cauſa
Cauſarum favore non dimidies.
Totum Te ſingulis impertiri optas,
Ne ſingulari ſtudio plures perimas.
Gratianum ad decreta Tua non adhibes,
Qui Paleas ſuas omni Favonio committat.
Omnibus es Amicus, usq; ad Aras Iuſtitiæ
Judicium Paridis Tuo damnas,
Cùm nihil ad ſpeciem agis.
Sẽtẽtias definis, nõ attẽto Genere, neque differẽtiã
Quod Ariſtotelica definitio exigit.
Prœpoſtera nempè Iudicia,
Vbi aut ſangvis orat, aut forma perorat.
Quis probet? ſi Iuno Iovi, nõ Iupiter Iunoni leges ĩpõat
Fumoſa clarus imagine Attalꝰ pictũ jus invenit,
Etſi lacbrymas œquitati provocet,
Ad Tribunal Tuum æquale diſcrimen,
Vt trabeata crimina, ita noxij centones ſubeũt.
Sanctæ leges, quas Tu ſanxeris, lege Sanctus Judex
Par ille ſuperis, cui vita, ac æquitas pariter fuerunt
Iuſſa decus referunt ex Majeſtate Iubentes.
Quod orbis Iudiciũ de Te, tãto Iudice Sarmatiæ

Sed jã è Tribũalis Regni Curia ad limẽ festinẽ⁹, &

MANVBIAS
REGIARVM.

Magni JOANNIS III. Magnus Aulæ Minister,
Eundem meruisti primæ ætatis institutorem,
Quem Europæ Tutorẽ ultima adorabunt sæcula,
Satis elogij, in syllabo tanti Principis recenseri.
Quantus honor Achilli fuerat,
Ad Troiæ excidium exerceri sub Chirone!
Non vulgaris est gloriæ,
Admoveri Regũ lateri, quos supra vulgus Maiestas
Supra Reges Animus librat.
Proximus à latere, proximus à corde,
Coronarũ lucratur amores, ad quos vix aliquis elucta-
Mẽsæ Iovis adstitisse, regiũ extitit Ganimedi, (tur
Regnatricem aquilã pro solio insedit.

Maximé verò

Vbi Principũ nota orbi virt⁹, nõ aurea frõtis nota,
Laurearum ambitus, nõ ambitio coronarũ,
Hostium cruor, non vestium Tyrius color,
Animus, nõ Indæ animãtes distingvunt.
Tãtæ magnitudini adscribi; est participare Magni-
Admota soli minor fax Phœbei ardet sole. (tudinẽ
Pulchri⁹ emicãt sidera, q. vicini⁹ suã circũstãt Phœbẽ
adeoq; Augusti menses, quos Augustorũ impẽdim⁹ obse-
Messẽ gloriæ maturãt, cõsortio purpuræ (quijs;
Et quidem, optimè Flos annorum Tuorum,
ILLVSTRISSIME MARESCHALCE
Pro areolis, bellorũ cãpis inserend⁹
Marti sarmatico ad aras consecratur.

Sub Regiæ Ægidis umbra educari debuit.
Ne ad æstus Bellonæ marcesceret.
Vbi enim meliùs flores vernarent Civium,
Quàm sub Ariete Sacro IOANNIS ?
Vt ver prosperitatum aperuisset imperio,
Ædonas hyemes in angustias Bosphori compulit.
Reges habere quævis regna possunt,
At non quævis Regibus frui:
Plures illorum utilitatem Dominatûs,
Suo circumscribunt dominio;
Extra Curiam, nihil Commodi expectaveris
Tuis auspicijs præludebatur, tãti Regis fãæ Aucu-
Initiabaris jã protũc Mareschalcali Dictaturæ (pij
Anteambulone IOANNIS Scipione,
Qui in sceptra effronduit.
Inter virgas imperij; formabaris ad fasces Cõsulares
In corõarũ stipulatu, pileũ proferebas libertati legũ
Quibus nunc stipulatam manum dedisti
A tẽeris præparãtur ingẽia quæ matura in aprico cõpa-
Quo studio Aquilæ, implumes adhuc Aquilas (reãt
Ad fulmina exercent?
Inter purpuras prĩœvos dies egisti, Purpurarũ Amor
Vt ipsa vitæ initia summis initiares honoribus.
Ortus purpurascens, serenũ portẽdit meridiem.
Accrevisse videbatur põdus aureo Principũ velleri,
Ab aurea Tua Indole;
Regium in Solis ebur,
Cãdori Tuo potiùs, quàm Nũidæ dẽti se debuit.
Grande prodigium;
Proximus ad Regũ purpuras, nullũ ruborem
Vt in vultu, ita & in morib' tolerasti:
Imò

Imò ipsæ tenebantur erubescere purpuræ,
Ad exemplar Tuæ modestiæ.
Multi aliter ignorant Regio murici assistere,
Nisi cum rubore Patritij sangvinis.
Aulam quasi vitiorum scholam ingressi
Classes pravitatis sedulo percurrunt,
Ne tempestive in sceptro, ferulã experiantur,
Tu in Regia, probitatis Palœstram aperuisti.
Intrasti Regũ Curiã, ut aulæ vitã, ne vitia disceres.
Tãtô profectu, ut mox ex discipulo, Magister Au-
Prœcepta morũ traderes alia, quã accepisti (larũ
Nemo tam hebes ad bonum fuit,
Qui ad cotẽ virtutis Tuæ animũ in meli⁹ nõ acuisset

Qui abhinc,

Comes Regalibus vittis, vitium commentetur?
Quis radiosas Principũ domus, Asyla noxarũ dicat;

Certe,

Communem debere esse Deo cum Principibus Regiã,
Nemo est qui ambigat.
Cœli aula aulæ Cœlum reciproca sunt,
Quidni in aulicis Angelos, in angelis Aulicos.

Veneremur?

Te proculdubio Angelum Curiarum fuisse,
Declarat Princeps Angelicus.
Quid enim IOANNES? nisi Angelus,
Quod cõtuberniũ Angelorũ? nisi cum Angelis?
Ex ethymo santi Nominis,
In mores, vultum, & lingvam traxisti gratias,
Vitâ spectabilis, aspectu mitis, eloquio dulcis Heros
Propinabas singulis,

Vt

Vt in genis, ita & in ingenio Charites,
Quo facilius omnium viciſſim delibares affectus.
Regni Aquilœ, in Roſtra Tullij ſe Tibi aptabant
Cûm exoptarent, Te audire dicentem.
Pendebat â diſerto ore TuoCorõa, â quâ depẽdebas
Quot tũc Achates, piẽtiſſimus Æneas meruiſti?
Omnes lecti, quia morum probitate illecti.
Animoſa virtus alti ſemper ſupercilij,
Eos tãtũ ſibi in fœdera deligit, quos nõ infra ſè negligit
Malè cùm Maximis virtutibus cõvẽiũt peſſima ingẽia
Suſpexit Indolẽ Tuã Regia, nũquã ſibi ſuſpectã.
Rapuiſti oculos Aulæ, cui pro pupilla fuiſti.

Dicam ne plus?

In Cor usq; Principis, nõ in conclave tãtũ aſcẽdiſti,
Magnificẽtius nũquàm ſubditus Amor triũphavit,
Quàm in Regali hoc eſſedo.

An verò?

Apertiſſimæ mẽtisHeroi, corRegũ præcludi potuit
Dõiniũ quoddã Civiũ Amores, in cordibus Principũ
exercent,
Cùm amari neceſſitant.

& quidem

Proſperius Regnum *eſt affectus vincere Regum,*
Quam grandes Phrygij Pigmalionis opes.
Os in confeſſionẽ dõinij Alexander Ephestionis,
Cor in profeſſionẽ Amoris Ephœſtio ſigillavit Alexãdri
Quod ex his dignius imperium?

Quanti Te æſtimes?

Qui invictum armis viciſti amoribus Principẽ.

Quo-

QuotiesCorōata ales, Alatis præoccupata obſequi-
Vbi Tu in Juſſa Iovis Feſtinata Indole evolaſti (js?
Quoties mens Regia priùs ſe in Tuis affectibus
Quā in ſuis ſpecierū effigiebus expreſsā vidit?
AuroCorōarū obruta Principū ratio, nō facile detegitur
Et fermè quævis Tœnia Gordius eſt nodus,
Qui non priùs ſolvi quam lœdi poteſt.
Adeoq;
Periculoſiùs regios percōtari ſenſus quā regia ſcrutari
(caſtra.
Tibi cū corde Mēs Principū nunquā non patuit.
Mutuo ſe hœc iuferūt, ſi mutuū reperere Amorē;
Magni Regis non inferior Cliens,
Cū Aulica chlamyde magnitudinē animi induiſti.
Vt ſemper,
Exēpla Principū ad normā ſuæ virtutis Cives effor-
Contuberniū ſolis quo accedit, aſtra accendit. (māt
Tunc Aulæ fretū ubi raro diſcordes nō prœliātur
Tuæ Indolis malaciā fretum, Euri,
Scopulos vitijs bonæ ſpei inſulas, virtutib⁹ dete-
Ambroſios vitæ Tuæ mores, (xit.
Omnibus, præter fucos Aularū delibare licuit.
Vera virtus ceruſſam & ſtibium non amat.
Pictœ dotes, eodē colore odiū probitatis, quo ſe tin-
Paribus ſuperior, majoribus eminentior, (gūt
Eò meritis aſſurrexiſti, quo necdū licuit honorib⁹.
Inclinabas ſuprema faſtigia in Tui amorē,
Quas exæquare titulis non poteras.
Hoc ipſo ubiq; ſpectatiſſimus,
Quod à nullo unquam culmine deſpicereris.

Quis

Quis neget frugi esse virtutem?
Quæ Heroum operibus, Procerum suffragatur opibꝰ
Trabeas in cultū Ministrorū evocat, a quibꝰ trabeæ
Brevibus perstringam, (*coli debent*
Purpuras admiratione, trabeas fauore,
æmulatione Cives, populum solatio,
Omnes tui veneratione replevisti.
Vacabant tot sæpe fasces,
Qui dū invidia Tui Nominis certant, nulli decer-
(neris.
Toties abrogabas titulos, quoties Tibi erogabātur.
Ratus Maximos Heroes
Prius de culminibus virtutum, quàm de curulibus
Regni, Certare debere.
In templum honoris optimè itur per propylæa pie-
Magnæ spes diu feriari volunt, (*tatis.*
Vt in fulcrum boni publici solidè adolescant.
Præceps fortuna, fermè semper, quos erigit, præ-
(*cipitat.*
Teneri Flores subitò decoquūtur æstu,
Satis Tibi fuerat,
Sub Clypeo JOANNIS exerceri ad trabē Martiā,
Trabeas arcere constitueras.
Regnatrices Aquilas, ac bellatrices pro ijsdem
(coluisti;
In aula gloriæ, in acie saluti Principum,
Ubiq; emolumento Reipublicæ militans.
Si illo ævo Priamus & Hecuba regnassent,
Suum in Te Hectorem vidissent. (ratu,
Tantus in Regia JOANNIS compares ex appa-

ET MANUBIIS AULÆ PATRITIÆ.

Ubi enim CASIMIRUS, nisi in Regiis.
Indolent suæ sorti Patritiæ Indoles, quibus sortiri
Adita Principum non licuit.
Certè Jllustres Aboriginum Ceræ,
Luminosiùs Te orbi ad Coronatū solem præsenta- (vêre,
Quæris? quid ejusmodi lucernæ ad solem?
Majora Majorum sidera.
Documento horum es,
JLLUSTRISSIME MARESCHALCE
Sol Purpurarum JOANNES
Phosphorum Te suum habuit,
Qui candidos Patriæ dies initiares.
Accendi æmulatione tanti luminaris poteras,
Non æstu gloriæ diffiuere,
Qui Gentilibus Ceris solidas miscuisti virtutes
Quidam, aliter lucere nequeunt, nisi luce Avorū
Fatales sane ejusmodi Icari,
Dum Cereis Patrum in sublime librantur alis,
Gravi Avitam Domum affligunt ruinâ.
Tu ita Prosapiarum splendoribus radias,
Ut simul irradies Prosapias.
Opificibus Gentilium Cerarum Apibus, in operæ pretium,
Te operosam Regnorum Apim associas,
Ut non plus ab illis, quàm à Te dulcescant.
Imò aluntur dotum Tuarum ambrosia mellificæ illæ,

Quæ Te avitæ virtutis nectare aluerunt.
Ita ad Ceras Majorum dulce mel animi adijcis;
Et Tot favos quot favores bono publico impendis.
Quamvis aliquorũ Ceræ, rarò absq; ferrugine igna-
(viæ.
Imò & absq; mordacis famæ aculeis.
Quos posteritas si non invenit, invehit.
Vacuæ suavis memoriæ, vacant segni otio.
Tibi omne instans meritorum est feracissimum.
Cereum Te id est, in omnem virtutis formam
(flexibilem
Patritiæ formavêre Ceræ,
Ad vetustas Parentum Imagines accedis,
Omnigenæ probitatis Imago.
Fuliginem illarum, recenti hostilis tabi minio
(recreas;
A belli facibus tamen, non à focorum fumo,
(fumosæ.
Optimus ille Avitarum Iconum color,
Quem Mars, pro Apelle, pro penicillo pugione,
In vulneribus, pro conchis aptavit.
Pulveres bellici effractorum capitum cerebro misti,
Nobilis simulacrorum Prosapiæ tinctura.
Alcidæ Clavam, ferarum saniei commendat.
Tu alium colorem tam in Imaginibus Majorũm,
Quàm in Tuis fascibus non pateris,
Præterquam barbari cruoris;
Unde nec colorem animi, qui coloratam proscri-
(bis virtutem,
Cerussam in omni effigie Patrum odisti,
Nedum in Tuis moribus.

Nihil in Te fucati, quia nihil ficti.
Multi inter pictas Aboriginum Imagines, & ipsi picti (nepotes
Tu hac ratione avita colis insignia,
Ut animum excolas ad insignes triumphos.
Derivati à Majoribus sanguinis fontem, reddis (toto amne.
Nobilius æstimans, Jovis è cœlo oculos in rectegesta (evocare,
Quàm utroq; sanguine tangere Jovem.
Maturius nunquam Patriciæ Arbores exuberavêre,
Quam in aureis decocti Iudicij Tui fructibus.
Ita tamen ab avito stipite dependes, ut ornes, nõ (oneres.
Non cõtentus Paternæ fertilitatis refrigerari ũbrâ
In sylvam laurearum effrondescis.
Quibusdam nepotibus idẽ cum plantis ingeniũ est,
Satis sibi excrevisse videntur si ultra natalẽ truncum non assurgant.
Non omnis certè stipes Mercurij capax;
Tuo Te Mercurium debemus.
Ut dexteræ, ita lingvæ triumphas ubiq; sertis.
Vis ut tangam fastigium Prosapiæ, & gloriæ Tuæ?
Illustrissimus Vester Pobog, proximũ Te à Nũine (censet.
Imò, quot Pobogiorum Nomina, tot Numina.
An quis mortalium Proavo Tuo,
Joanne Dłużewski Dapifero Ravensi
Surrexit Virtute Major?
Agnatum hoc est huic Nomini, esse Maximũ.

Mensam

Menſas ille Regias pro dapibus, animi ſvavitate (inſtruxit.

Doctos ſales pro ſale adhibuit.

Vtilior ſemper Principibus fames Civium, quàm (ciborum.

Nobile congiarium eſt, quòd in Miniſtris Regni de-(libant imperia.

Noſter Ravenſis Dapifer

Quos aureis dotibus non ineſcaret Vitellios?

Non minus tamen auream Jovis, quàm ferream (Martis

Menſam ornavit.

Rotunda quidem hæc, utpoté in ceſpite belli-(co quæſita;

ſed quæ ſphæram orbis æmulatur;

Id eſt, laudum alimento prima quæq; mundi ele-(menta paſcit.

Palmare Regum menſæ tragema, quod fructus manuum præſtant

Adamantinam Bellonæ tabulam,

Pulchrius, ferrei canonum globi, quàm aurea He-ſperidum poma inſtruunt.

Inter lituos belli melius, quàm inter Corybantum cymbala convivamur,

Quis verò JOANNE Noſtro plus deſerta Daciæ (excoluit?

Ut optimæ ſiugi Heros, (aluiſſet.

Victorias Principum pingvedine hoſtilis terræ

Ut ſcias, JOANNEM ſemper commorari inDe-(ſertis.

Pro Jordane Istrum nactus,
Multa scytharum agmina mersit, ut eos pæniteret
(audaciæ
Aut novum in sangvine aperuit baptismum,
Qui terram lustraret non animas terræ dominorũ.
AtraTartarorũ in vultibus funera cessêre Tartaro
Vidit suos ejulatûsBarbaries, non sensit tantùm,
Reddente imaginem ejulantium Istri unda,
Ita plerumq; quos præcedens metus hostibus non im-
(pressit,
Insecutus Ensis exprimit sensus.
Parvi furores parvâ bili, magni ausus majori coer-
(centur irâ
Levius fulmen myricas, quàm æsculos ferit.
Tanta meritorum structura,
Ut ad summum crescens tutior stetisset,
Columnæ est nixa
Ubi cum Oborscia consorte Proavus Tuus
Fortitudinem Heroicam, & dignitatem Civicam,
Sibi desponsavit.

Metam gloriæ dicas,

Tot laureis exornatã, quot acies adornavitPolonia
Huc trabeati decurrere videntur honores,
Pro palma relaturi, magno Oborsciorũ cõtribuere
(sangvinis
Licet palmaris hic Colossus Regiâ sat sibi specio-
(sus Coronâ
Alios minus æstimat fasces ;
Imò mille Palatinis vel ideo stipatur muricibus;
ut noris
Coronám absq; suo purpurarum comitio non esse
Minor

Minor virtus expetit, maxima exigit præmia,
Ignaviori animo imperat quæ excitatæ indoli servit
(felicitas
Adeoq; nonnisi primæ notæ viris, res secundæ ad-
(stipulantur.

Ad Crucem Dłużewsciam, columna
(pertinuit
Ut salvatores Sarmatiæ crederet orbis.
Ex Columna Oborsciorum, quid nisi Columnæ
imperiorum nascerentur?
Nisi marmore constantius sit aurum.
An auream quoq; Oborsciorum dixerimus Colu-
(mnam?
Quæ aureum nobis efformavit hæredem, Avum
(Tuum
JLLUSTRISSIME MARESCHALCE.
Nicolaum Dłużewski Pincernam Czersczensem.
Magnarum dotum optimas,
Quoties egente consilij Rēpubl: auro refundendis
sensibus dotavit,
Ne hostibus prostitueretur? (fuit
Tunc purpureū Regni vellus sub gladio, pro pedo
Ubi galea pro infula, ex Antistite miles armavit
frontem NICOLAUS.
Sæpius tamen ille greges hostium præ se pepu-
lit, cui pascere
Oves Dominicas non licuit.
Plerumq; ut fidem barbarorum extorqueas, pro lituo
(Pastorali
Ære Martio clangendum est.
Dura cervices prosperius flectuntur ad bonum,

Onero

Onere plumbi, aut ferri, quàm pondere verborum,
Gemma Procerum, annulo maritali Karſniciam (Nurum
Sibi ſignavit, ut deſignaret felicitatem poſterorũ.
Quantum enim gloriæ auctoramentum,
ex Odrovąſiorum acceſſione?
Maxima hæc regni ſidera, Dłużewſciorum ſirio (conjuncta
Certum ſummæ lucis prognoſticon.
Sanè Odrowąſia ſagitta ſublime ſemper volat.
Purpuris involuta pro pharetris in ſcopum ſibi,
Omne culmen præfigit.
Ex levitate tamen calamorum nihil habuit, virili (pilo matura
Oris heroici hæc inſignia, arduam domûs procla- (mant virtutem.
Viros armorum & Conſilij Karſnicios,
Vel inde noveris.
Ab ipſa maturitatem nanciſcuntur natura, vix (naſcuntur.
Nec dicat quisquam,
Cæcâ manu conferri munera, quæ dedit natura
Probiùs, noſci ex geſtis arenarum, quàm ex geſticu-lationæ altricum.
Illis hoc ſerviat, qui præter cunas, nullos conatus (exhibent.
Karſniccia lumina cum ſole certant; ſemper in (curſu,
Ut latius nativum decus diffundant.
Tantorum ſiderum filia ex Karſniccijs Dłużewſcia
Et ipſa fæcunda ſiderum Parens.

Ferti-

Fertilitate uteri cū publico lucis cōmodo certans,
Quatuor Majora astra in lucē dedit,
Jovem, scilicet, Solem, Mercurium, & Martem.
JOANNES, Serenus jupiter, quod gratiosum
Nomen docet.
Frontem clementiæ in vulgus, manum fulminibus in hostem
Hos ut excruciaret, illos, ut recrearet, porrexit.
Jam aurum, jam Olorem imitatus,
Liberalitate dexteræ, & candore mentis
omnes sibi adunavit.
Mansvetam indolem comes semper insequitur munificentia
Vtriq; adstat candor, utroq; constans.
ANDREAS alter Mercurius,
Crucis virga pro Caducæo instructus.
Nisi fulminantem vocavero Periclē,
Qui dum pro DEO perorat, fulmina accendi in
homines orat.
Cytharam liberæ in Republica vocis nemo melius dixerit.
Quia nemo dignius amores Procerum in se flexit.
Vnde quod à superis Cyllenius Ales ad mortales,
Hoc à Civibus ad Principes, à Principib⁹ ad cives
A N D R E A S.
Oleas pacis, belli cupressis sæpe inseruit.
Merito Mercurius, qui venena etiam unire poterat.
Nil fortius heroibus, qui vim animis, non armis
tantum inferunt.
Et quidem, *Multo facilius est,*
Ferrum adimere manibus, quàm feram bilem pectoribus.

FRANCISCUS igneum, quia seraphicũ nomen,
Quid nisiMartem spiret ?
Nisi quod ille Hæmum, noster campos belli
(occupet
Nimirum in apertâ acie,non inter rupium latibula
Palmas ferit, quas legat.
Pro superis & ipse in Threijcios Gigantes tela
(sumit,
Ubi Ortus pro Phlægra, Cælum Imperij Romani
(in Vienna
Totâ terrâ, non collibus tantùm expugnaret.
Ut graviùs afflixisset hostem,
Totis viribus illi incubuit,dum in acie occubuit.
Post arma, seipso oppressit Barbariem.
Martialem vitam in campo Martio agens,
Cum jacula emittere nequiret,
emissariam in hostes animam efflavit.
Ita Franciscus, nunquã absq; vulnere, aut cica-
(trice.
Aliter amari Patria non amat, quàm amore sera-
(phico
Nullius studium boni publici,celsius assurrexit,
Quam eorum, qui in victimã bono publico cecidere.
Adora Solem extra Persiam supplex penna ?
In Christophoro Dlużewski.
Ream idololatriæ quis dixerit ? ubi in humeris
Christophori DEUS requiescit.
Radiosum hoc Nomen, quod cælum,
Quia cæli Dominum ambit.

Quàs

Quàm Serenos dies numeravit Chelmensis ora!
Quos ille suis splendoribus accendit.
In ortu patrum sanguine, & patritio murice ru-
(bicundus,
sudum gloriæ meridiē portendebat.
Majori tamen æstu virtutum, quàm curarum fla-
(grans
Augem meritorum insedit.
Occasu demum suo pluviam oculorum elicuit.
Quam hucusq; tanti amissio boni liquat.
Diu defletur magna felicitas, nec satis fletur.
Iustus sanè rerum æstimator dolor,
Qui ingentis pretij heroas æterno redimit luctu.
Cessent lacrymarum imbres!
De tam luminosissimoPatre ex Stawska Genitrice
Serenos luminosissimi Filij, præsentant ortus.
Numerum quæris?
Qui omnem supplet basim, docente Mathesi,
Quadrangulis firmissimè res insistũt.
Ut scias,in quatuor his proceribus tuto posseRegna
(stare.
Prim⁹ANDREAS vexillifer cataphractæ cohortis.
Vix auspicatā lucem, æternæ luci consecravit,
Siticulosæ inter Geticos ignes Viennæ misertus,
Sanguinem suum propinavit.
An? Templum immortalis gloriæ,
In Austria, Poloniæ structurus,
Se in fundamentum jecit.
Ingens anima per vulnera libertatem quæsiit,
Ne tanti spiritus corporis angustiâ tenerentur,
Secundus, imò & secundissimus

THO-

THOMAS, Colonellus Jllustr:SuccāerarijRegni,
Si fata celsæ virtuti non adversarentur,
Ferri avidissimus,ut scias Stawscij Accipitris filiū,
Qui semper vivit in armis.
Utinam totus stetisset ferreus, ne ferri ictibus.
(patuisset
Sed Pelides quoq; chalybeus, Paridis hastæ patuit.
Imò decentior vix datur sepultura, quám in cespite
(Martiali.
Maximè cùm equo,pro feretro vehūtur,nō portātur,
Inter exuvias hostium, exuviæ corporum.
Lacones in clypeis efferri volunt,quidni &Lechi?
Geminorum Fratrum funera solatiorum fænore
(pensat
JLLUSTRISSIMUS JOANNES.
Episcopus Gratianopolitanus, Suffraganeus Chel-
(mensis,
Tristes Prosapiæ luctus Pontificali purpura ob-
(tegit.
Quanta sit mansvetudinis? vel hinc æstimes,
Quod Gratiarum metropolis ejus sit juris.
Incalescit Chelmensis Arctos ad æstum fervidi Pa-
(storis
Et quem succollatorem Cæli Patrij Herculē adorat,
Iam suum optaret Atlantem.
Certè *suffragium exigit, alijs suffragata virtus.*
Consumi mavult in usu populi, quam in summū
(eniti;
Contentus Aram se miserorum scribere,
Asyla dignitatum proscribit.
Elevatis supra se ingenijs vita hæc par est somnio
Qui.

Qui hic piſcantur Timothei vacuâ evigilant ſagenâ;
Adeoq; excitatarum mentium eſt,
Ludicris non oblectari ſomniis.
Ad tanta ſidera accede Luminare majus
JLLUSTRISSIME MARESCHALCE
Tuo ſcipioni, ſed plus erectæ indoli debebit avita domus,
Quod nullam ſit formidatura ruinam.
Offunduntur Tuâ luce conſangvinei etiã fulgores.
Sole cælum occupante latent ſidera.
In arena tamen laudum Tuarum concedes palmam alijs,
Unde ut in ſeriem illuſtris Proſapiæ redeat calam⁹
Ad Notariam evolat pennam
STANISLAI Dłużewſki Notarii Terræ Cheſmẽſis.
Zaliwſciæ hunc debem⁹, cui ſe debet v: t⁹ gloria,
Utinam ejuſmodi Flores Procerum ſemper in Terra noſtra apparerent.
Boni odoris Heros,
Quoties langventi inter deliquia armorum Patriæ,
Martiales revocavit ſpiritus?
Quoties floridâ indole aras Bellonæ & Themidis ornavit.
Feraces virorum terræ, ſuis ſe coronant ſertis;
Quid enim Proceres, quam ſerta regnorum?
Alter Terræ Cheſmenſis Flos, (SKI.
Ex NARZYMSCIA FRANCISCUS DŁUZEW-
In Budźiacenſibus pratis ſui purpurâ ſanguinis Floruit,
Scythiam in viſceribus ſuis perſecutus,
uſq; viſcera terræ intravit.

Sub

Sub Cælo externo tumulatus, cui suum non satis (capax.
Ita fermè hæreditarium est Dłużewscijs, in campo Martio
Mortem operiri.
It demum saxea etiam hostium pectora cavat.
Qui pignore Animæ pro Patria cavet.
Funera funeribus, luctus succedunt luctibus.
FRANCISCO EX KORABIESCIA MATRE
S T Á N I S L A U S
Qui ut latentem in subterraneis meatibus Tartarű
Fortiùs arietasset,
Globo dejectus ex equo, graviter humű quassavit.
Vidisses, ipsas Tyræ lymphas Martium deplorare
Heroem!
Sed præficæ lacrymæ facilè ad igneos cineres arescűt
Fleri non meretur, qui, ne flerent concives meruit.
Avitis splendoribus Collateralia adhuc nectuntur (astra,
Ut ad latus Tuum pulchrius effulgeant.
Mareschalcalis Majestas comitatum exigit
Tot Affinium trabearum,
CertèKrasini^s AlesPalatinos,Castellãosq; murices
Suo annuloTuæ desponsatThemidi.
Szembeciæ Rosæ, quid nisi Flores Purpurarum?
Tarłoviorum Ascia,ConsularesTibi sufficit fasces.
Quid illustrisPodosciorum Junosza?
Aureű fortunæ vellus extraColchidemTibi educat.
Grzybowsciorñ,Kiełczewsciorű,Leduchowsciorű,
Rudzinsciorum,Sienicciorum,Krzywczycciorum,
Blinowsciorum, Ciswicciorum, Gołuchowsciorű,

Quot

Quot oſtra, tot Aſtra,
Quantâ luce Tuam, incendunt Aſtræam?
Veglinſciorum togâ ſagoq; ſpectatus honor,
In lapidem angularē ſanctuario Juſtitiæ ſe offert,
Ut immortalem Tibi fundet gloriam.
Satis hinc Auguſtale Themidis Regni coruſcaret,
Quod feret jubar? ubi Tuorum accedent,
MANUBIÆ HONORUM?
Faſtum addis faſcibus, qui ſe Tibi addixerunt.
Plus enim à Te curules, quàm Tu â curulibus
ſplendes.
Coronatus Jupiter ut ſuum baberet Ganymedem,
Pocillatorem Terræ Chełmenſis Te fecit.
JOANNES calicem ſuum ceſſit.
Præter Cleopatræ pocula, regna bibit,
Qui gemmas regnorum in miniſtris invenit.
Tu certè ſedaſti optimo Principi ſitim bonorũ Civiũ
Cui plenâ amiſtyde candorem propinaſti,
Nō vitis tãtũ, ſed vitæ pretiũ in manibus deponēs.
Certa ſalutis Reſpublica, Te illi ſalutem vovente,
Maximè cùm vota, ſtipas manu Bellonæ devota.
Aret Tuis amoribus, gelida licet Chełmenſis Helice.
Faventi arridet aſtro quoties navigium boni publici
regis,
Sæpius orator ad Comitia Regni
Liberis vocibus proclamatus,
Si liberæ dici poſſunt, quas Tuo captivaſti amore;
Stetiſti in facie Reipublicæ, ut formā ejus ãabilē
Externis æquè ac Regnicolis redderes.
Intraſti concilium purpuratum trabeatus Cyneas,
Quas jam docto poteras ex ore mereri.

Tuo

Tuo omne consilium cunabula debuit capiti,
Si Pallas Jovis cerebro.
Totis amnibus verba fudisti ut aridos in utilitatem publicam
Fæcundares Procerum sensus.
Bibebant aures, lingvæ Nectar,
Quo faciliùs discordes animos, dulci sopirent quiete,
Prodigium legatorum,
Avertisti in Te, distractas studiis, contractas stupore mentes
Ut unione perpetuâ ligasses.
Sæpe quod argumẽta nequiêre, arguta præstitit Oratio?
Hæc in comitiali, & Senatorio Conclavi egisti,
Quid in bellico Tribunalitio Commissarius Judex
Emeritorum Præsidium, demeritorum Fulmen.
Debuit tunc tota comparere nequitia,
Ut unico judicio integra scelerũ materia periret;
Debuit adTuum virtus confugere subsellium.
Ut nunquam causâ caderet.
Utriq; metam erexisti, præmiorum huic, illi pœnarum.
Gestabas in gremio Tuo militare decus,
præcludebas viscera malis,
Quoties gremium intrasti Judicum,
Eò avidior in castris recti, quo Obliquis infensior armis;
Utpote Martialis & ipse famæ auctoramentum.
Nõ sterili laude Tibi in laureas arena belli eviruit
Quam sæpius hostili cruore impingvasti.
Militaris Tuus acinax plures Tibi asseruit
MANU-

MANUBIAS HOSTIUM,
Quàm Miltiades numeravit trophæa,
Sed utinam ſuos & illæ haberent Themiſtocles,
quos excitarent ?
Inſolita ſolitariæ Virtutis in populo Aſceſis,
Cujus conſortium ab ignavis vitatur;
Citius Magna Felicitas, quàm rarior Fortitudo
Suos meretur Æmulos.
Sub JOANNE III. Neoptolemum egiſti,
ſub quo Reges militare poterant
Aut cujus milites Regibus non inferiores affirmabit orbis.
Latiùs imperiũ Animi quam Sceptri:
Hòc itur ſupra populum, illo ſupra Regna.
Maxima Virtus quos in contuberniũ admittit Heroes
Nativæ inaugurat Magnitudini.
Ad Chotimum primam aciem ingreſſus es,
Non tam bellorum, quàm victoriarum.
Ibi Thraces lunæ ad igneam indolem Tuam eclipſim paſſæ.
Advertit ſuas, reflexâ in Tyra ſpecie, maculas Phæbe
Ex oppoſita animi magnitudine,
Quas multo ſuorum ſanguine lavit, nec eluit,
Difficile magni vulneris celatur cicatrix,
Detegit vultus cladem pectoris, quam ſagum tegit.
Effuſus demum in fugam exercitus, terga vobis
dedit, utpotè Barbarus,
Mox qui armis nil mandare potuit, pacem mẽ-
(dicat.
Ruptam fidem, novo fœdere ligat, dum obligat,
Relaxatos perfido enſe regnorum nexus

Max-

Manceps plerumq; corrigit, in victis, catena.
Languente in agonia Martis meliore Fortunâ,
Ægra populorum convalescit fides.
Ex Dacia in Pannoniam, Chotimo Viennam profecit, furor,
Non tam uvarum quàm Christianorum sitibundus sanguinis
Sed hìc quoq; Thrax Antæus suũ reperit Herculẽ.
Contritus vocali famâ & ferro JOANNIS,
Lachrymas suas, pro Christiano sangvine bibit.
Comes Principi ut in arma, ita triumphos fuisti;
Occasum Ortus Getici non spectasti tantùm sed & magnâ parte adjuvisti.
Hebescebat Asiaticus chalybs, ad constantiam (virtutis,
Qua ad duritiẽ jugulorũ acuebatur.
Crescit in bella Animus decrescente hostium potentiâ.
Bellax Elephas viso cruore ferocit.
Tandem leviores solito fastu Barbari,
Ut Aquilas vestras effugissent, alas implorarunt, (à fuga
Laureæ laureis succrescunt
Post Viennæ palmas, sylvæ fagorum vobis viruêre in Corymbos,
Budâiacenses cãpi in serta victricia
Laxiores scythiæ jubas, coercuistis nodo ferreo,
Venam prædandi secuistis, ne toties aperiretur,
Malorum sementem ne semper metuas,
Semel radicitùs extirpa
Hostiũ cruor, ut Hydra, ferax novum in bella Capitũ
Nec Moldavia ut Principis, ita Tuos exitavit met⁹,
Calcastis

Calcaſtis victore calcaneo cervices,
non rebellem tantùm terram.
Rapidus tamen Szocava Tui nimium avidus.
Sorbere Te voluit transfretantem:
Vt accolis Tuam propinaſſet fortitudinem,
Sed hoſtibꝰ ſuperior, infra fluctꝰ cōdi nō poteras.
Hians os fluvij, pro offa, curribus opplevisti,
ut ſuperaſſes felicius.
Ita nō hōinū, aut Nēorū ſaltem, ſed & Amnium,
Victor exſtitiſti.
Senſit novus hinc in Válachia Álpheus Alcidam,
Pro fortuna Regni TIBI colluctatus.
Tuta periculorum Virtus ferro ſibi iter aperit,
Quod minaces ſepiverunt inſidiæ
Imò planum odit, cum per prærupta iviſſe licuit.
Ignaviæ non eſt, pōtes quærere, cū pōtus trāari poſſit.
IOANNE Magno non tam vincere,
Quā vivere deſinente,
AUGUSTO II. REGI GALEATO
Contra ſiniſtra arma, dexteram dediſti.
Felix Te tanto Heroe Princeps, Tu Principe.
Reciproco ſe commendant ſplendore,
Coronata Capita & armata Civium Manus.
Xerxis Zopyrus, Zopyri Xerxes gloria.
Gemini Regales GLADII unice exoptant,
Tuo librari lacerto.
Obtuſo etiam chalybi reddit ſuam aciem
Acris Tua in exitium hoſtis Indoles.
Quoties arrectas Coronati Leonis Iubas
Martiali depreſſiſti criſtâ?
ILLVSTRISS: PALATINI PODLACHIÆ

Campi Imperatoris RegniFXERC:
Colonellus Cataphr: Cohor:
Hœreditarium eſt Rzewuſciorum Virtuti
Supra hoſtium faſtũ ut Caput, ita Criſtas erigere,
Qvas illuſtriſſ. KRZYWDA præfixit in Armis.
Inter plũas educatur ſed quas ferreus ſtruthio præ-
Adeoq; & ipſa ferri ſemper avara. (bet,
Calcari, aut æſtro ad triumphos non eget,
Suis inſtructa Pennis, quæ toties:
Involat Odryſios Aquilis victricibus Ortus,
Indultu quodam fit Aſtrorum,
Vt magnis Impugnatoribus Magni Propugnatores
Patriæ opponantur.
Nato Carthagine Annibali, æmulus Romæ educatur
Tanti Ducis (*Scipio*
Signa gravioris Armaturæ regis,
Qvæ Tribũalitiæ Majeſtatis Tuæ gravitatẽ ſigna-
Sub Sarmatico ſcipione (vere
Qui bellum & pacẽ ſinu, ſagũ & purpurã hũero
Ijſdem portat;
A framea, ad ſcipionem Curiæ Regni ſublimaris.
At cedant pronunc Laurus Oleis
Pro ceſpite belli Solium Tribunalis occupas
ILLSTRISSIME MARESCHALCE.
Notent faſti
Militare Sagum optimè poſſe ferre Togam.
Tales Bella gerant,
Qui ut in Caſtris ita in Curijs
DVCES AGANT.

C O R O N A
MONTIVM SZCZUCZYNIORUM,
Avitus Cervus
ILLVSTRISSIMI DOMINI
D. JOANNIS STANISLAI
K A T S K I,
Generalis Podoliæ, Capitanei Cam:
Connubiali Serto
ILLVSTRISSIMÆ DOMINÆ
D. V I C T O R I Æ
ILLVSTRISSIMORVM PARENTVM
S T A N I S L A I
de SZCZUCZYN
S Z C Z U K A,
PROCANCELLARIJ M. D. L.
&
C O N S T A N T I Æ
de ZŁOTY POTOK.
P O T O C K A
DIGNISSIMÆ FILIÆ,
Applaudente Corona Musarum
Collegij Varsaviensis Scholarum Piarum.
C O R O N A T U S.
ANNO DOMINI M. DCC. XIX
Authore P. DAMASCENO à Matre DEI Sch: Pi:

VARSAVIÆ Typis S. R. M. Collegij Scho: Pia:

Encomium
ILLVSTRISSIMI BROCHWIC.

I.

Ipse sibi rubeus, Tyrio pro Murice, CERVUS,
KĄCCIA Purpureo vellere clara Domus.
Cur tamen in collo fert non in fronte Coronam?
Scilicet Hæredum postulat illa Caput.

II.

Culmina cornigeris dant pingvia pascua CERVIS,
Officio CERVI quæ meliore colunt.
KĄCCIUS hinc, CERVUS SZCZVKARVM fæ-
Montib⁹, è collo dat diadēa suū. (dere iunctus

IL-

ILLUSTRISSIMI NEOSPONSI

AD harmoniam Nuptialium votorũ chely suâ instructum Apollinem, prout & vocales Musarum choros Vobis sistimꝰ; Laurum Parnassiam victricibus & Hymenalibus accumulamus sertis, ut & fæderatorũ lætitiæ animorũ, æstu tædarum præustis frontibꝰ consulamus. Imò Limpidam Hypocrenem laboranti sub jugo Coronarum offerimus Cervo, quâ, nulli melius fontes, Regiam extinguere potuerũt sitim, dum illa largius hausta, superos evehit ad Deos. Quamvis enim deposuit hoc svave jugum in juga *Szczuczyniorum* Montium Cervus Vester, factus & ipse Corona Culminum ut honoris, ita Cõnubialis ãoris, & hic tãen nõ absq; siti, sub mole majorum negotiorum. Certè ille Heliconijs oblecta-

lectatur lucis & ſub ũbra Permeſſiæ laurus libens qvieſcit, cui tot triumphatrices *Illuſtriſſimi Genitoris Tui Caſtellani Cracovienſis* Laureæ in perenne refrigerium eviruêre. Niſi jam pro Parnaſſo, *Szczucinij Colles* pingviora illi nutriant paſcua, quibus Noſtrũ Bicollem debita *Fundatrici Aulæ*, ſubmittimꝰ veneratione, id pro voto appendentes,

Veſtris ne deſit faſcibus Hæres,
Decurrat trabeata Domus, tradatq; ſecures,
Mutua poſteritas, ſervatoq; Ordine fati,
Optima continuo numeretur murice Proles.

Illuſtriſſimis Dominationibus Veſtris

Devinctiſſimum

Collegium Varſavienſe
SCHOLARVM PIARVM.

EPI-

EPITHALAMIUM ILLUSTRISSIMIS NEOSPONSIS.

SErta, biceps jactans ad fulgida sydera culmen.
Parnasus, Iotasq; ferant Aganippide laurus,
Pierides sacræ! Par celsæ Nobile Gentis
Inter Hymenales humili non fronde triumphos,
Tempora præcingi meruit. Nō vile tenendum
Quod venit à Superis munus. Nā gurgite pleno
Gēma licet manet Gangis, licet æquor Erythræ
Despumet pretium, decus immortale Coronæ,
In crinale jubar, non sic placuisse videtur,
Vt teneri flores, Divûm quos ara ministrat,
Quos sacer Aonidum Permessius educat humor,
Muneribus Procerū; quibus ultima sæcula florēt
Cùm redimit claros Heliconia Flora Ministros,
Temporibus seris, longâq; ætate legendos.
Est sua Pierijs non vilis gloria sertis,
Et laurus plantata manu viret inclyta Phœbi.
Quæ Jovis, & Martis meruit diadema vocari.
Digniùs, at nunquā, post tot superosq; Ducesq;
Ornavêre caput, Musarum munera laurus,
Kątscia quàm comunt ubi vernâ laude trophæa

Sczuciniamq; Nurum. Magno viruêre decore
Anchisionidæ cùm spes Lavinia Regum.
Jungitur ardentem gemmis hinc, inde metallo
Constanti Lyparæ, cingentes prælia Turno
Intentante, comam, Non illo clarius vsquam.
Est sertum, Phariæ quo sudavère Camenæ
Cum Tartessiacus tædas accenderet Orbis,
Florentem redimire suo Stilicone Serenam.
Arma Maritali condire calentia flammâ.
Pulcher honor Musis tot Grajos fronde perenni
Illustrasse thoros, tot Martia nomina, Dauni
Vt semper comites tædis felicibus illæ,
His tamen est potior longè, quæ florida cinget
Tempora Sponsorum victuræ Laurea famæ.
Nam genus est utriq; potens: Nec, credo, valorẽ
Laudibus eximijs alio de fonte meare.
Largius, ac magni quem sanguinis ostia fundunt.
Nobilitas primum quoivis tenet inter honores
Irreprehensa locum. Jove nasci pulchrius omni
Alcidæ palmâ. Thethiæ Genitricis Achillem
Sat didicisse Phrygi: licet & virtute Nepotum
Est augenda Patrum conformi robore virtus.
Stemmata sunt probro, quæ non distingvit Avitis
Gloria par sertis; tamen in sufragia palmæ
Est satis, á magno descendere sangvine stirpis,
Fortibus è Proavis fortes communiter ire
Contigit Heroes: Leo floret patre Leone
Hinc pretium quodvis celso promanat ab Ortu
Quis præstabilior sanguis? qvæ Cera? quis Author
Clarior est genti, Vestrâ, Par nobile, famâ?
Kączius hinc fulget Mavors Szczucinia splendet
Inde

Inde Domus, meritos virtus dat utriq; triũphos.
Longa foret series, primis exordia Cunis
Pandere, quæ grandi nisi sunt tentanda labore,
Quot Proavos, quot bella Getis fumantia cãpis
A Cracis, vel abusq; Lecho, numeratis, & ultra
Sarmata cùm nostras communi numine terras
Possedit, spolijs mundi, regnisq; potitus ;
Et fax nos aliò ferventior urget Hymenis.
Sat Divos memorasse Patres, quib⁹ inclyta laudũ
Fænora, defensus toties mucrone vel ore,
Sarmatiæ debebat honor, quos Curia Princeps,
Inter tot clades fidos experta Ministros,
Murice qui claro Lechicum fovêre Senatum.
In castris æquè, ferro dextraq; potenti,
Ac in cõsilijs doctâ ratione vigebant.
Qvas acies Magni recitat, quæ serta JOANIS!
Fulmen erat Getici qui nuper tristius Orbis,
Defensor Lechiæ, Propugnatorq; Viennæ,
Quas memorat laurus Fastorum fertilis Arctos?
Ut non clara statim se donet Kąccia Virtus,
Undiq; spectandã. Comes, inquã, cespite quovis
Sive Tyram peteret, Scythicæ seu stagna Mæotis
Vrgeret profugum signis victricibus Hunnum,
Danubium, tumidiq; vadum non segne Tibisci
Tranaret Rex vectus eqvo, Rhodopenq; dõaret,
Assiduus lateri fuerit, pars optima belli,
Invictus Genitor Tuus, armorumq; perenne
Præsidium, cui vis armamentaria cessit,
Bellipotens siculo servivit Mulciber igne,
Præfectum venerata suum sunt fulmina Lemnos,
Scilicet ignitæ mentis, nil KĄCCIVS Herôs,

Non flammas & bella calens ſpirare volebat.
Ipſe ſatis fulmen Getici grave regibus Ortus,
Si Lyparæ ſolito non incus igne flagraret;
Se telo, ſi tela furor ſibi demeret, uſus
In cuneos Thracû, Bizantinaſq; phalanges.
Non ſecus ac Lybicum dum corripit ira Leonem
Et jaculis præcluſa via eſt, qua rumpere poſſet
Venatus avidos prædæ, ſe pectore toto
Proijcit in ferrum, venabula frangit, & ipſum
Per vulnus, quærit trepidum lethale Magiſtrum.
Æmathiâ Decium concurrere rurſus arena,
Scipiadas Pænis Aquilas Inferre putares,
Barbaricos quoties invaſit KĄTSCIUS Enſes.
Multa quidem virtus, animi poſſederat Arcem,
Et dotes Superum, multis fuit ille beatus
Laudibus inſignes quas inſtruxêre triumphi
Sidereæ mentis ſed primos Martius ardor
Inter tot ſpecies dotum ſibi poſcit honores.
Quodnam nobilius, deſertâ ſede Pelorum
Incoluit Mavors præſenti Numine pectus?
Quâ meliùs caluit dextrâ? quo floruit enſe?
KĄTSCIVS ut dici, mutato nomine Martis
Debuerit, faſtis prout introducta docebunt.
Lechia quos uſquam bellorum pertulit æſtus?
Roſſiacas ſedes qui perſtrinxêre fragores?
Quod fulmen patrias externum terruit oras?
Et non flammigero reſtinctum pectore Martis
Sarmatici? Scytha fortè rapax graſſatur ab Iſtro
Podolijs effuſus agris? it KĄTSCIVS Heros
Obvius, & Scythico compenſat damna cruore.
Infert bella Dacus? ſcrutatur viſcera Daci
Et

Et vaſtos ſaturat non parco ſangvine campos.
Impatiens Domini, ſervilia ſigna Koſakus
Commovet in Patriam? cogit ſub fræna Koſakû,
Et Zaporovias luſtrat gravis igne paludes.
Innumeras Aſiæ vires trahit Othryus hoſtis,
In cædes & fata Lechi? fremit Hæmus Arabſq;?
KĄTSCIA flãma parat Geticæ deliqvia Phœbes.
Imò ferè nil eſt, Domitor quod maximus Orbis,
Olim præſtiterat, Magni, ſolidiq; JOANNES,
Qvod non ille ſimul conjuncto Marte patraret.
Aſſiduus caſtris, quaſcunq; ivêre per oras.
O! felix Princeps, cui tanto ſtare Miniſtro
Infractum licuit, *gemma eſt inſerta Coronis*
Dux vigil, & fidus ſceptris; pretioſior imò
Eſt omni gemmâ virtus exercita bellis.
Quid prodeſt apibus molles impleſſe lacunas
Nectare Theſſalio, ſi rex videtur inermis?
Quem fumus de ſede fugat, nec tinnula pugnam
Par tolerare cohors; nulla eſt quæ ſceptra ſecundet,
Dulcius hinc ſpolium mellis, cellaſq; tepentes
Prædatrix ſibi dextra capit. *Generoſa virorum*
Robora, conſervant populi, Regumq; ſalutem.
Moris erat. Latij cùm victis hoſtibus Urbem
Intrarent Reges augendo ritè triumpho,
Dalmatico domitas arces formare metallô,
Anteq; præferri currum, qvô victor ovare
Conſvevit Princeps, fluvios, monteſq? lacuſq;
Captivos auro deduci in præmia belli;
Hac, nos, hac methodo, noſtras fervere Cãænas
Vellemus, Latijs ſit par ut honoribus Arctos
Lechica; Pierio deponant regna theatro,

Hippocrenæis imitentur flumina limphis
Quæ Rex Sarmatic9, quæ *Kęccius* occupat ẽsis.
Hinc piscosa natent populosæ stagna Komarno,
Millia plura vagæ, quæ submersêre Propontis,
Impellente Lecho; virides hinc apta Kałussæ
Carmine præsentent sylvas, ubi Taurica furtis
Impendens populi, latebras habitura qvievit,
Arboreos proprijs auxit, sed pallida truncos,
Mille bis amittens denos hâc strage Krimenses.
Jam quassas Chotimi turres, ubi Turcica Phœbe,
Erubuit largo Thracum miniata cruore,
Jam circumsessam diversâ gente Zorawno
Quæ jussu venère Getæ sub signa Tyranni,
Noster ubi validos suffecit pectore muros
Imperfractus Eques, Rhodopen quærente Gelono
Jam propùgnatæ generoso Marte Viennæ
Sydereas arces, ubi magnâ clade litatum est
Inferijs Cimbri, toto dum militat orbe,
Cæsaris exitium spirans, Rhodopæa potestas.
Artificifici sistat serie Mavortia Clio;
Fingat errantes fluvios argenteus humor,
Castalij Laticis; jam tinctus cædibus Ister,
Jam bellax undet Serethus, jam turbida Pruthi
Flumina, Pripetius, potiq; Boristhene fontes,
Qui varijs Lechi deservivère triumphis.
Imò magis totas in carmina ducite sylvas,
Camporum pelagus, celsos adjungite montes
Pierides doctæ, quidquid tegit undiq; Thracem,
Armorum quicunq; capax est cespes & hostis,
Surgat in officium claris Victoribus orbis,
Hinc Tuus ardebat Genitor; dũ signa Joannis
Passi-

Paſſibus inſequitur magnis Aſiamq; flagellat.
Tanto patre venis O! dulcis Gloria Lechi!
O! Spes Patritiæ gentis, motura futuris,
Invidiam ſceptris! Caſtrenſia munia, Regni
Ornavit murex; jam Caſtellana curulis,
Quam Leo Roſſiacus celſo commendat honore.
Lemburgæ, mutare ſago, conchylia ſvadet.
In Daci, Scythiæq; metum ſecurior illo
Sub Clypeo, quoties rapido vaſtatur ab hoſte.
Jam vocat in Cracij culmen ſublime Senatûs
Aula Palatinis, meritos auctura triumphos
Faſcibus eximijs; & decreviſſe videtur
Nominis ad tanti molem, quæq; altior omni
Culmine fulgebat, magnis virtutibus impar
Inferiorq;, novis Heroëm denotat aſtris,
Ad Caſtellanos patiens aſcendere faſces,
Qui Lechico primus cenſetur in ordine murex.
Nec datur hoc major, nec plus ornatior ulius,
Principibus tantum ſupremâ, ſede relictâ,
Inter Purpureos Patres, quos Curia Regni
Evehit in ſublime decus, partemq; Senatûs.
Non hic ſubſtiterat clementior Aula, rogatur
Imperium Clavæ Lechicis ut portet in armis,
AVGVSTO meritos nimis appretiante labores.
Sed meruiſſe ratus ſatis, excuſare favorem
Maluit ac alios in munera tanta lacertos
Ipſe ſatur famæ, proprioq; inſignis honore,
Optavit. mærente licèt, cui cognita virtus,
Militiâ Clypeũ ſibi depoſcentibus armis.
Sic Tua purpureo Pater inſtruit aſtra ſereno
O! dilecte Polis Heros! Donhoffia Mater,

Prin-

Principibus fœcundat Avis exordia vitæ,
Ac in Aragonios genus admirabile Reges
Porrigit, unde Ducum communis gloria Donhoff
In Lechicas manavit opes; de cardine mundi
Prætendit gemino memores cum sangvine laurus,
Exuvijs hinc cincta Patrum, quos sufficit Eos,
Arctos inde suæ; nectit Septemtrio palmas,
Nectit & Hesperius sponsis præstantibus orbis
Quas consangvineo sibi Gens Dohoffia nexu
Aggregat, ut Regum nutrix, ita fama Nepotum.
Nullus erit, Lechici de Majestate Senatûs,
Nullus honor Regni, quo non floreret avita
Excelsa cum laude Domus; jam purpura Princeps
Imperij; felix Augusto à Cæsare munus;
Jam Patrius murex diverso clarus honore,
Sangvinis astra juvat. Servit laudata Curulis
Quælibet, innumeri frontem cinxêre Tyaræ.
Purpureusq; super, jubar immortale, Galeris,
Hinc Regnatrices Aquilæ, quas Curia defert,
Arbiter inde nitet Lecheæ Scipio vocis
Hinc vindex Patrijs radiat pro legibus Ensis,
Hinc alij fasces, & Succameraria Clavis,
Noti Sarmatiæ tituli. Qvid Livia Drusis?
Qvid venerabilius potuit Cornelia Mater
Scipiadis conferre suis? De sangvine tali
Nasceris, o! Spes celsa Domûs, o! maxima Regni
Gloria! qvo, nemo melius contingere Reges,
Nemo potest toti clarescere dignius orbi.
Sic Hyperionius dum frænos accipit Hæres
Syderei currus, tenerâ mox luce Planetas,
Ac vulgus non vile facum, tincturus in axe.

Indu-

Induit aſtra Patris, Genitrix formoſior oris
Dat Charites Latona ſui quo pulchrius inde,
Conjuncto recreet vaſtum Sol lumine mundum.
Efficis, ut magni nil jam nos fata Parentis
Nil dolor affligat, vivo ſua geſta colore
Dotibus eximijs reddens ſic ore mereris
Imperium belli, ſic igneus arma capeſſis,
Sic ad Purpureos animum, mentemq; decores
Inſtruis, ut patrem referas in munia qvævis.
Calliope novit,, qvo Muſas uris amore,
Et vice converſâ qvo ſvaviùs ureris igne-
Muſarum, dum nulla Tibi propè grata voluptas
Quam non Pieriæ prælibavêre Sorores.
Charior eſt Helicon, quàm molis gloriaPæſti,
Hic habitas, ægrèq; voles inſtantibus aulæ
Avelli curis; vacat omni tempore libris
Excellens animus: quod ſi brevis hora diremit
A ſtudijs, cùm juſta ſubit vel cauſa, vel uſus
Publicus, ut ſalvo fieri non poſſit honeſto,
Quo minus Officijs indulgeretur amici,
Ocyus ad ſolitas iterum converteris artes,
Permeſſumq; petis. Nec id, ut ſolatia tantùm
Ipſe, Tibi, quæras, dulci teneare quiete.
Sed Patrijs poſthac, hinc, ut ſuccurere rebus,
Conſilio meliore queas; Nã *Dorica Pallas*
Sit licet, omnigenæ ſervit tamen uſibus Aulæ
Nulla fere lex eſt, quæ non debetur Athenis,
Muſarum patriæ. Belli, paciſq; figuram
Hinc galeâ munita, refert, hinc Pallas olivâ.
Qvid dignũ mẽorare Tuo, Laus optima Gẽtis,
Ingenio poterit vel penna. vel Aonis unda.

Quàm celsa ratione vales? qvàm dotibus amplis?
Maturas præstanda brevi, dum Lechia poscet,
Judicij documenta Tui? quo Gallia sensu
Dum Rhodani, Mæniq; ultra, gratissimus hospes,
Evadis ripas; quo Te Germania cultu,
In terris venerata suis' ubi comperit illum
Sangvinis Hæredem magni, Te visere regna,
Cujus magnanimo Patris tutata lacerto
Odrysias acies vicit, quali Te Curia qvævis
Lætitiâ tenuit? quoties vel solus honoris
Reddendi causa, vel ut invitatus adibas
Illustres procerum mensas; fastidia nulla
Senserat, è fluidi pendens discursibus oris,
Qui Te cunq; frui potuit; dedit ipse loquenti
Materiem, cupida quo longius arte liceret
Sermonem captare Tuum. sic doctus Ulysses
Scyria Pellidam repetens, dum mænia lustrat,
Attentam tenuit cultis sermonibus aulam;
Cyneas Romana rapit sic rostra, Patresq;
Imperij, dubiâ Pyrrhi pro sorte perorans.
At Tibi non luxus peregrini complacet Orbis,
Non molles habitus, non noxia sæpe voluptas,
Quo res quæq; statu, quo florẽt sceptra reqviris.
Ut quo subvenias olim, si postulet usus,
Consilio Patriæ, quæ vites reproba, noscas.
Instar apis vario succum de flore trahentis,
Diversi gustûs, quem sic operosior aptat,
Vt nihil externi mel contraxisse saporis
Nil inconditi nectar videatur habere.
In mores trahis omne Tuos, quod videris æqvũ;
Hinc, Te, nil præter materna in regna reportas.
Exte-

Externi nil eſt vitij, qvo ſæpe laborant,
Hi, quibus ingenium Patrios contemnere mores,
Aut ſaltim miſcere novis; qui Pergama flammis
Accendunt reduces Grajo de littore Troes.
Quà currit, ſimilem glebæ trahit unda colorem
Et faciles qvavis mutantur imagine ceræ.
Te nec montivagæ mutarunt pocula Circes
Nec luxûs corrupit amor; redit illa Polonis
Qvam Patrio Tecum tuleras de limite, virtus.
Aſpice, qvem longis redimebas Lechia votis,
Incolumem! multoq; lita Cæleſtibus aris
Thure, qvod intactæ fidei, magniq; pudoris,
Amplexu foveas Civem, quo ſtabit honeſtas,
Qvo libertatis lex inconcuſſa vigebit!
Sed vocat AVGVSTVS, Regi parere neceſſe eſt,
Lætitiam cohibe! privaberis Indole celſa,
Auſtriacam rurſus KĄTSCKI feſtinat in aulam,
Principis officio ſtrictus. Quo Cæſar honore,
Dignatus ſpectare Tuas, O! Gloria Lechi!
Eximias dotes? quibus exornare ſolebat.
Imperij titulis? ſi Cæſaris aula placeret?
Tantum ſvavis honos, & grata modeſtia vultûs,
Ingenui mores, frons altis congrua rebus,
Profecêre, Tuo raperes ut ſceptra ſtupore.
Optabant ſimilem Cimbræ peperiſſe Parentes,
Illuſtri de ſtirpe genus petiere Maritum.
Qvod Venus Idalio ſpectans è vertice, præceps
Arcubus ire jubet protractis, agmen amorum,
Qvi Tibi nobilius medicatâ cuſpide pectus

Si velles, Principsq; daret fortuna, ferirent.
Ast alio Cyprios penetrans de colle triumphos
Lechia siderei celeres implorat Hymenis
Suppetias, qvem Diva parit Clementia Cœli,
Sancta fides lactat, castisq; exercet arenis,
Vt nisi, quod superûm jussus, quod Gratia poscit
Impleat, æthereo jungens proba pectora nexu
Tũc sic alloquitur Numen: Qvid subdola Cyprus
Quid damnatus Erix, solito sibi munere tentet,
Scire potes, cui summa Poli secreta patescunt.
Sed Paphios sanctâ, precor, abstrahe lege colonos
Est mihi SZCZUCINIÆ Nurus ornatissima Gentis,
Æternus probitatis honor, cui Sarmatis Arctos
Stellarum submittit opes, ubi Rastra Paternis
Inter Sydereos ignes clarescere Ceris
Edocet, ac rutilos concedit fulgida currus
Obsequio Dominæ; Genitrix POTOCCIA luci
Edidit hoc est sat; Neptim jam dicimus Ortus
Bosphorei Regum; Paleologa purpura cunas
Regibus in Proavis stravit. Tũ Lechica qvidqvid
Illustris, celsiq; fovet trabeata Curulis
Purpureâ cum Marte, Nurûs splendoribus addit.
Hanc ego KĄTSCIADÆ volo despõsare Marito,
Theutonicas Cytherea nurus, sed inaniter, urit.
Innocuas accende faces, thalamosq; ministra.
Dixit; & æthereos Hymenæus corripit ignes
Ac geminum pectus dulci pertundit amore.
Plauditur; ardentes votis sponsalibus aræ,
Contribuunt; dextræ conjuncta est dextra, fidesq;
Ad superos jurata tholos; connubia Præsul
Sancit, in immemores quæ durent Nestoris annos.

Vivi-

Vivite, clamat Hymen, conformi vivite corde,
O! Par ſydereum! melior dum ſæcula Vobis
Auri vena vomet; manabunt nectare fontes.
Patritius multo ſignabit lumine murex
Incolumes annos cumulabit Regia cenſus,
Et benè fœcundâ tener Hæres ludet in Aula.

F I N I S

B J C

Terni

Biblioteka Jagiellońska
stdr0027578